Оссолінсъкі колекції.

CD – диск виконано в рамах угоди укладеної з квітня 2004 р. між Львівською науковою бібліотекою НАН України у Львові і Національним Закладом ім. Оссолінських у Вроцлаві.

Lwowska Naukowa Biblioteka im. W. Stefanyka NAN Ukrainy. Oddział Rękopisów.
Zespół (fond) 4.
Zbiór rękopisów Biblioteki Baworowskich

Dział (opys) 1

384. Organum Aristotelis. Nota A.D. 1609 - Zamosci.

STRONY NIEZAPISANE NIE ZOSTAŁY ZDIGITALIZOWANE

[illegible]

[illegible] in admi[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

№ 384.
VIII A 51

Aelianus lib. X. cap. VIII. Variae Historiae.

Aristoteles Cyrenensis dicebat non oportere beneficium oblatum a quoquam recipere: aut ri ut reperdere pos: sis, molestias habiturum te: aut si non refertas in: gratum visum iri.

Idem lib. XI. cap. IX. sub finem.

Ephialtes Sophonidae filius pauperrimus fuit: et si vero amici decem talenta ipsi dono darent, non accepit: Haec (inquiens) me cogerent, reuerentem quidem vos aliquid praeter ius con: cedere: sin minus vos obseruarem, ingratissimum videri.

Idem lib. XIII. cap. XXXIX.

Ephialtes cum dux ei paupertatem exprobraret, cur non inquit, etiam alterum dicis, quod Iustitiam colam?

Ramosc.

Ao 1606. Jun. 4. cap.

Liuius fol. 29.

Qui sis non unde natus sis reputa.

BIBLIOTH. LEOPOLIEN. ... NAVIANA

IN ORGANVM ARISTOTELIS NOTÆ BREVES. A°. D.

Antequam ὕσαγωγεν Porphirij, atque adeo ipsum organum Aristotelis explicare aggrediemur, libet pauca quædam præfari, de nomine Dialecticæ et Logicæ, tum de subiecto, ad extremum de Partitione eiusdem.

Punctum primum. De Nomine Dialecticæ et Logicæ.

Altercantur nonnulli ex Philosophis, de scationibus Dialecticæ et Logicæ; quidam ri utrumque istud nomen indiscriminatim unam eandemque rem significare docuerunt. Tales erant Stoici, ut illi (uti videre possumus apud Ciceronem) qui rationem disserendi (ita dialecticam appellant) in libro de Fato appellat Logicen. in Topicis vero Dialecticen. Huc etiam spectat illud Plutarchi lib. 1. cap. 1. de Placitis. λογικὸν δὲ τὸ περὶ τὸ τὸν λόγων ὃ καὶ διαλεκτικὸν καλοῦσιν. id est. Logica autem pars est, quæ in oratione versatur, quam et Dialecticam appellant. Artes autem noster eadem in re varius est: nam sæpe Dialecticæ nomine, illam saltem partem vult intelligi, quæ probabilitati est addicta: uti in Topicis perpetuo ferme: item 1. lib. Anal. Priorum. cap. 1. et Rhetoricorum 1. 2e. Hoc Alexander etiam mirifice amplexatus est initio Commentationis Topicæ. Sæpe etiam idem Artes nomine Dialecticæ appellat universam disserendi rationem: ita ut Logicæ et Dialecticæ nomine, sine ullo discrimine utatur. Exstant istius rei documenta clara. Ideo Rhetoricorum cap. 22. lib. item 1. cap 1. et Sapientiæ cap. 6to.

Ratio disserendi.

Logica et Dialectica simul.

Tu vero quid in hac re

BIBLIOTH. DAVGROVIAL. LEOPOLIEN.

Tu vero quid in hac re sentiendum sit, ita accipe, licere quidem utroque nomine citra omnem religionem indiscriminatim. Uti nimirum modo pro universa disserendi facultate, modo pro sola illa quae 8 lib. Topicis continetur. Homonimiae tamen vitandae causa rectius hanc, cum plerisque interpretibus Aristotelis appellabimus dialecticen illam vero Logicen.

Verum nomen Logices quod sit.

SECUNDUM PUNCTUM.

Subiectum quod Logices.
1m Argumentatio.
2dm Syllogismus.
3m Ens rationis.
4m Demonstratio.

Maior hic lis. Contentio maior. Sunt quippe nonnulli qui Logicae subiectum constituunt Argumentationem ut Avicenna et Albertus. Sunt qui Syllogismum. Uti Aegidius et Scotus. Sunt qui Ens rationis uti Divus Thomas. Sunt qui Demonstroem ut Ammonius. Verum omnes istae sententiae non attingunt verum et germanum Logicae subiectum. Non prima, neque secunda, universae Logicae subiectum assignat, sed illius saltem, quam Artes in suo organo tradidit: rursum qa Syllogismus et argumentatio fines sunt potius universales Logicae. non tertia. qa Ens rationis, seu Notiones vdae excedunt limites Logicae. Siquidem Grammaticus etiam et Rhetor de ijsdem tractat. non denique quarta. Qa Demonstratio non est adaequata Logicae. sed tantum principali. Jam subiectum omnis disciplinae tale constituendum est, quod omnibus rebus in illa disciplina consideratis substratum sit. Omnes ergo istae sententiae in assignando vero Logices subiecto errarunt. Erroris autem causa, non aliunde manavit, quam ab ignoratione Naturae Logicae. quam ita brevibus accipe. iuxta saniorem sententiam eorum, qui Logicam non scientiam ut Stoici faciunt, sed instrumentum potius scientiarum esse asseverant. Certum est eam esse disciplinam operatricem. tota ri in eo consistit, ut fabricet instrumenta quaedam, quibus noster intellectus iuvetur in cognoscendis rebus.

Sed haec subiecta non sunt adaequata.

Subiectum quale esse debeat.

Ignoratio Naturae Logices errare compellit multos.

Logica instrumentum scientiarum.

scendis rebus. Qualia sunt Syllogismus. Enthimema, demon:
stratio, et alia istis similia, quae in Logica rationis finem habent.

Iam in omnibus operatricibus disciplinis, datur Subiectum,
non ad sciendum sed ad operandum. hoc est, Ut in eo Forma
aliqua, quae illius disciplinae finis est, efficiatur. Uti in arte fa:
brili proponitur Subiectum ferrum, non ad sciendum sed ad
operandum. Est Ut in eo faber formam securis aut Vomeris
faciat. Logica ergo cum sit etiam disciplina ope:
ratrix, requirit subiectum, non Ut illud sciat, sed Ut in eo operetur.
secundas notiones, in quibus fabricandis, Ut iam dictum est to:
ta consumitur. Huiusmodi autem Subiectum nullum
aliud potest dari nisi notiones primae, seu Conceptus primi
seu ipsae res in quibus eas notiones quae appellantur secundae Logicae
effingit. Sunt autem notiones secundae, nomina quaedam, imposita
primis notionibus. Primae autem notiones sunt etiam nomina,
quae statim significant res, per medios animi conceptus. ~~Homo~~
et Animal, sunt primae notiones. Statim n. res ipsas quarum
sunt Συμβολα significant. Genus autem et Species
sunt nomina, quae alijs nominibus res ipsas significantibus
imposita sunt. Nam species imponitur homini. Genus
Animali, obidque ab alijs huiusmodi nomina Vnr conceptus
Vdi, ab alijs conceptus conceptuum, ab alijs nomina Nomi:
num, ab alijs denique notiones notionum, ab alijs Intellecta
secunda. Sed ne quispiam existimet Subiectum Lo:
gicae assignatum convenire etiam ipsi Philosophiae. Siquidem
et illa pro Materia subiecta res complectitur. Propterea
male assignari subiectum Logicae, siquidem diversarum disci:
plinarum, diversa Subiecta assignari debent. Sciendum
est. quod in assignando subiecto duo videnda sunt.
Primum ipsa res considerata, seu ipsum Subiectum.

Subiectum vere Logices. sunt ~~secundae~~ notiones Primae. Vdae notiones quid: primae notiones quid.

Conceptus Vdi vel Conceptus conceptuum. vocantur Vdae notiones. &c: Occupata

Responsio. ad Subiectum constituendum quae requiruntur.

Secundum Modum.

Secundum, Modus considerandi qui in disciplinis operatricibus sumitur a fine. Hoc supposito dico res Subiectum esse Philosophiae, et ipsius Logicae, tamen differunt in modo considerandi, Qa Philosophiae subyciuntur res. Ut cognoscantur Logicae vero subyciuntur eaedem res, Ut in eis secundae notiones effingantur. Hanc sententiam secutus Averroes quam Ultimo cap. Epitomes lib. Categ. Categorias esse Subiectum et scientiarum et Logicae, sed diversa ratione. In illis quatenus Categoriae sunt conceptus rerum, quae sunt extra animam. In hac vero, quatenus eis contingunt intellecta secunda, seu quatenus eis, secundae notiones imponuntur.

Modo considerandi differunt Subiecta Logicae et Philosophiae. Uti Averroes docet.

Punctum Tertium

Peripateticorum Logices. 1ma Divisio. in Universalem et Particularem.

Peripatetici variè dividunt Logicam. Alij enim in Universalem et particularem. Sub Universali comprehendentes lib. Categoriarum, de Interpretatione, et Priorum Analyt. in quibus scilicet partim elementa Syllogismi traduntur, partim ipsius Syllogismi formandi ratio. Sub particulari vero libros posteriores Analyt. Topicorum, et Sophisticarum reprehensionum, quibus optime a Simplicio additur Rhetorica, et ab Ammonio Poetica, cum et hae sint species Logicae Universalis. Alij in Naturalem et Artificialem. Naturalis est vis quaedam seu instinctus ab ipsa Natura hominibus concessus, non aut aliquo labore aut studio acquisitus, secundum quem indoctus etiam quisque sine omni cognitione artis Logicae varias argumentationes facit. Tali Logica utebantur antiqui Philosophi, priusquam in artem redigeretur. Etenim naturali quodam instinctu ducti, seruabant quasdam metodos certas, in contemplatione rerum, descendebantque ad ignotas res cognoscendas, constitutis quibusdam principijs notis.

2da. in Naturalem et Artificialem.

Artificialis

Artificialis vero vocatur illa quae ex observatione metodorum orta, in artem et regulas quasdam est redacta, quod ab ipso verum mixe Aristotele factum esse constat ex ultimo capite reprehensionum Sophisticarum. Alij in veterem et novam, vetus est illa, quae et universalis. Nova quae particularis. Ratio huius divisionis, haec est. Omne ri quod prius est, appellatur vetus: quod autem posterius, illud est novum. Jam universalis Logica prior est, siquidem agit de syllogismo in genere, particularis vero posterior ut agit in specie. Alij in docentem et utentem, seu in eam quae a rebus est avulsa. Et quae applicata est ijsdem. Illa nihil est aliud, quam quae ex oppropriis principijs rationem philosophandi tradit, docens modos definiendi, dividendi, et argumentandi. Haec autem nihil aliud est item. quam ipse usus eorum, quae a Logica docentur praescripta sunt, et quae nihil aliud est, quam ipsa Philosophia, Mathematica, aut Metaphysica. Alij ri dividunt Logicam in rationes syllogismi, in quo scilicet tractando universum opus Logicum consumitur. Huius autem divisionis haec est ratio ut pars quaedam Logicae explicetur. Elementa seu partes syllogismi. Alia pars ipsum syllogismum, Alia denique species syllogismi. Elementa syllogismi, quatenus concernunt primas notiones, absoluuntur in libris Categoriarum quatenus vdas in lib. de Interpretatione. Rursum syllogismus ipse, eiusque fabricandi ratio docetur in libro Priorum Analyticorum. Ad extremum species syllogismi docentur reliquis lib. Logices. Demonstrativus ri syllogismus traditur lib. 2. Posteriorum Analyticorum. Dialecticus vero lib. 8. Topicorum, Sophisticus denique lib. Reprehensionum Sophisticorum.

3tia in Veterem et Novam.

4ta. in Docentem et Utentem.

Stoici vero aliam.

5ta Stoicorum. Stoici vero aliam dividendae Logicae rationem secuti sunt. Totam ni disserendi roem distinxerunt in locos 6. quorum primus est de regulis et iudicijs veritatis. 2dus de loquendo. Tertius de rebus. Quartus de eloquendo. Quintus de rationibus. Sextus de Fallacibus Conclusionibus.

Institutio Porphyrij de quinque vocibus.

Liber hic non est pars Logicae, sed potius Introductio quaedam ad Logicam, Vti ipsa eius Inscriptio admonet. partim a fine, partim a Materia sumpta est. Dum ni inscribitur nomine Institutionis, dicemur quo fine liber hic a Porphirio Platonico Philosopho conscriptus sit, Vt scilicet Chrysaorium discipulum suum, atque adeo omnes studiosos Logicae, paratiores et instructiores facere ad librum Aristot. Cathegoriarum aliosque Logicae libros cognoscendos, in quibus frequens mentio est, earum rerum, quae in hac Institutione Porphyriana docentur. Rursus dum inscribitur De quinque vocibus ostenditur quae sit Materia huius libri, in qua tractanda totus consumitur. Ait ni in eo de quinque vocibus. De Genere, Specie, Differentia, Proprio et Accidentia. Quae vulgo Universalia, seu Praedicabilia vocantur. Totus autem hic Liber discerpi potest in tria membra. in primo habetur Proemium, in 2do continetur ipsa tractatio quinque vocum distincta in quinque capita. In tertio assignantur rationes convenientiarum et discriminorum quae inter se habent dictae voces quinque. Quod Porphyrius praestat reliquis capitibus usque ad finem Libri.

Argum libri et divisio.

Proemium.

Proemium

In proemio tria agit Porphirius. 1mo ostendit necessitatem huius tractationis de quinque vocibus. 2do. proponit ea, de quibus hoc libello dicturus sit. deinde pollicetur se illa tantum de quinque vocibus dicturum, quae faciliora sunt, omissis interim illis, quae ad altiorem disciplinam pertinent. ita eorum, qui in arte Logica, prima quasi fundamenta iaciunt, ingenia longe superarunt. Qa necessarium. 1mum est.

Tractatio haec de quinque vocibus. necessaria est duas ob causas primo propter Categorias cognoscendas in quibus scilicet frequens fit mentio. Generis. Speciei, differentiae, Proprij, et Accidentis. de quibus hoc opusculo ait. 2do propter assignandas definitiones, divisiones, et demonstrationes. Quae posterior causa respicit dialecticen Platonicam quatuor partibus absolutam. Definitione scilicet, divisione, demonstratione, et resolutione. Ad priores igitur tres docet Porphyrius conducere scientiam Isagogen: quomodo autem id fiat, ita accipe. Divisionis munus est ut propositum Genus rite in proprias differentias dividat. E. G. Animal, in rationis compos, et rationis expers. Definitionis item munus est explicare naturam rei definitae: Haec autem explicatur. Si definitio constet Genere proximo, et differentia proxima. Homo est rationis compos, aut si differentiae copia non fuerit, tum proprietates vel accidentia accersuntur, ut Equus est animal aptum ad hinniendum.

Demonstratio autem vera oritur ex definitionibus quandoque definitio.

necessitatis 1ma Causa.

2da. Causa

Officium Divisionis

Definitionis

Demonstrationis

Quandoqd definitio explicat quid sit id, de quo agitur, necessũq est demonstrationes effici ex natura rerum, non autem ex ijs, quæ assũpta extrinsecus, rem quidẽ consequũtur, sed essentiam eius non concernunt.

Ex his igr liquet, necessariam esse Cognitionem Generis, Speciei, differentiæ, Proprij, et Accidentis. de qbus hoc libello agitur, qndoqd definitiones, diuisiones, et demonstrationes istorum ope fiant.

Conabor. Idem Proemij membrum. §§.

Conabor docere rationem Generis. Speciei. Diffæ. Proprij. et Accidẽtis

Ab obscurioribus In quo dicit se omissurum quæstiones, abstrusas et reconditas, de Natura Universalium seu prædicabilium, quarum tres præcipuas hoc loco Porphyrius adducit id est. An Universalia seu Naturæ Communes sint in ipsis rebus. de quibus prædicantur. Vel in sola intellectus notitia? hoc est. Utrum animal Comune, et Homo Communis, cæteræq item res comunes, quæ dicuntur genera Vel formæ, existant in rerum natura. an vero ea tenus tantum sint, quatenus cogitantur, et intelliguntur saltem, non aliter quam figmenta quædam, ut Cerberus aut Sphinx.

Quæstiones Metaphisicæ hoc loci omittuntur.

Secunda est. An Genera et Formæ seu res Communes sint Corpora, Vel non corpora? Tertia. An genera et Formæ existant in his rebus, quæ sensibus percipiuntur, an vero ab ijs separata cohæreant? Hæc omnia Porphyrius tanquam ad altiorem disciplinam Metaphisicam scilt pertinentia omittit, quem et nos hac in re sequi decet.

CAPUT. I.

De genere.

CAPVT. I. de Genere.

Secundum est membrum, in quo habetur Tractatio quinque vocum. incipit autem Porphirius primo a Genere. Caput habet partes tres. in prima ponitur 2plex acceptio Generis, ex qua 2da parte colligitur acceptio tertia Logicorum propria. et quae Primum Praedicabile constituit. in 3tia ostenditur definitionem Generis Logici esse petendam. Argtm cap. 1mi. 2 Divisio.

Genus ri. Prima cap. pars. Accipitur primo Genus pro multitudine hominum, ordinem quendam inter se habentium qui ad Unum primum refertur. Exemplum in textu clar. 1ma Generis Acceptio.

Rursus et aliter. Acceptio 2da Generis. Accipitur Genus pro principio a quo quispiam generationem habet. sive illud principium sit pater, sive Patria. Sic dicimus Romanos ducere genus a Romulo. Demostenem ab Athenis. &c. 2da Acceptio

Alio quoque modo Pars cap. 2da. docens quae nam sit natura Generis Logici. Est igitur Genus Logicum, id cui subyciuntur Species, E. G. Animal est Genus: habet ri. Subiectas Species Hominem Leonem. &c: Genus hoc Logicum habet magnam similitudinem cum duabus prioribus acceptionibus, quae Logicae non sunt. Cum prima quidem quia complectitur sub se multitudinem specierum: Cum 2da vero quia est principium suarum specierum. 3tia Acceptio Logicorum propria.

quod pluribus Alia definitio Generis sumpta ex lib. 1. Topic. cap. 4. haec in textu clara. Unum saltem nota. Quod specie differre. Vel individua diversarum specierum, vel ipsae species eiusdem generis inter se. Ut Petrus et Bucephalus differunt specie. hoc est Naturâ, quia ille sub Homine, hic sub equo continetur. 2da definitio Logici gnis. Specie differre quid.

Homo ipse et Equus.

Homo ipse et Equus, differunt Specie, qa sunt Species diver:
sæ eiusdem generis animalis. Naturarum quæ attribuunt.

Itia pars in qua efficitur perfectio definitionis generis,
Demonstrationis instrumentum est. Definitio. Ubi sit nota, primo modo perfectionem cuiusque demonstramus
in eo consistere, si naturam rei ita explicet, Ut eam ab
omnibus cæteris separet. obidque Artes eam vocat terminum
Vdo Top. cap. 4. hoc in ipsa definitione videre licet.

Nam præter Genus quatuor sunt aliæ voces seu prædi:
cabilia. Species scilicet Proprium, Differentia, et Accidens
quibus addimus cum Porphyrio Individuum. quod improprie
Prædicabile vr. Cum significatio eius non extendit se ad
multa, sive illud determinatum sit nomine, quod vulgo si:
gnatum vr. Ut Petrus, Paulus ꝛc. sive determinatum Pro:
nomine. Ut homo, hic bos, ꝛc. sive vagum. Ut quidam homo,
Species a genere quo differt. quidam Leo. Ab iis igr. A Specie igr. separatur Genus
quia illa dr. de pluribus differentibus numero tantum.
hoc autem de pluribus differentibus specie. A differentia
item et Accidente imo et Proprio per hæc prædicatur
in quæstione quale qd sit, illud aut in Quæstione Quid sit.
A Proprio denique specialiter, quia hoc tm de una dr. specie
illud autem de Pluribus speciebus. Quod autem attinet ad
Individuum, hoc in eo differt a Genere, quod de uno tm
aliquo dicatur, cum Genus de pluribus.

seu Quapropter Quamobrem. Concludit Caput. dicitque definitionem
Generis assignatam separare Genus a reliquis Prædicabili:
bus, nihilque in ea reperiri quod aut deesse aut redundare
videatur.

CAPUT II. De Specie.

Secundum Cathegorema explicandum sumit. Hoc est. Speci
em.

Speciem. seu Ut Cicero Vertit Formam. Partes caput habet tres. 1mo complectitur acceptiones Speciei adiectis definitionibus eius, quae sub Logicam considerationem cadunt. 2do. Exponit habitudinem, quarum alia est respectu superiorum alia respectu inferiorum. 3tio. Naturam Individui explicat. Argum cap. 2di.

Species Vero. 1ma pars. Accipitur Species Vulgari significatione pro forma rei. Nomine formae intellige non substantialem formam, quae rebus naturalibus speciem confert. sed illam quae formam substantialem, et interdum Accidentariam indicat et innotescere facit. quae quanto perfectior est in aliquo tanto maiorem Venustatem et pulchritudinem rei confert. E. G. Quanto accuratior fuerit commensuratio et dispositio secundum quantitatem, colorem, figuram in aliquo Corpore humano, tanto homo fit formosior. 1ma Speciei Acceptio. pro pulchritudine

Dicitur quoque. Acceptio 2da speciei quae est Logicorum propria. Species est id, quod subiicitur Generi. Ut Homo est Species. quia subiicitur Animali, quod est suum Genus. 2da Acceptio Logica.

Quod si. Admonet in assignanda definitione speciei, debere fieri mentionem Generis propterea. quia Genus et Species ad invicem referuntur. Genus ri est Speciei Genus et Species est Generis Species. Jam Relatorum Unum definitur per alterum. Uti hic cognoscitur. quemadmodum docebit 6. Top. cap. 2. In definitione quid servandum.

Explicant igitur Speciem. Alias definitiones Speciei Logicae adfert. Hae sunt duae. quarum posterior convenit soli Speciei. quam inferius appellabimus Ultimam Speciem seu Specialissimam. Ea ni sola praedicatur, de pluribus differentibus numero tantum. hoc est. de Individuis solis. definitiones Speciei aliae duae.

Prior aut defin.

Prior autē definitio conuenit speciei etiam Interiectæ quem: adm. et illa, quæ 2dam speciei acceptionem constituit.

Perspicuum vero fieri Pars cap. 2da. quæ rursum poterit, discerpi in membra tria, quæ suis locis adnotabuntur.

Diuisio Categoriarum. 1mo. Hoc loco est primum, in quo habetur diuisio omnium Catsegoriarum, in tres quasi ordines. in primo collocantur ea quæ ff. summa: quibus scilicet superiora alia non dantur, qualia sunt ipsa decem summa genera. Substantia. Qntitas Qualitas Relatio, Actio, Passio, Vbi, Quando, Situs et Habitus.

2do. In 2do vero. Species Vltimæ, quæ scilicet in alias species inferiores diuidi nequeunt, sed in sola Indiuidua:

3tio. In tertio denique illa, quæ vocantur Interiecta. hoc est quæ partim genera, partim species sunt, quanquam diuerso respecto, vt patebit inferius. De Indiuiduis autem quæ plurima in singulis Catsegorijs inueniuntur. illud nota, quod sunt fundamenta quædam Generum et Specierum

Exemplis declarat. diuisionem. Fiat autē in vna Membrum 2dm. in quo tres dictos ordines in Catsegoria Substantiæ ostendit, quo pacto quaue habitudine inter se sint affecti. S.E. Genus summum est Substantia, qua nihil est Superius, sed omnia inferiora. Species Vltima est homo. sub quo non dantur aliæ minutiores species præter sola Indiuidua. Ad extremum, Corpus Corpus animatum, Animal sunt Genera et Species Interiectæ, Genera quidē si referantur ad inferiora. Species autē si ad superiora. E.G. Animal relatum ad hominem est Genus, relatum vero ad Corpus vel Substantiam est Species, Idem de alijs Iudicium esto.

Quocirca Assignatis rationibus in vnaquaque Categoria singulorum habitudinem assignat, quam adinuicem habent.

Sensus est.

Sensus est. Extremorum primum, hoc est Genus summum, unam tm habet habitudinem, eam scilicet, quae respicit inferiora omnia de quibus praedicatur, ad superiora vero nullam habitudinem habet summum genus. Siquidem nihil est eo superius. Extremorum alterum hoc est species ultima, unam etiam habitudinem habet, eam scilicet quae respicit superiora. habet quidem et alteram, eam nimirum quae respicit individua, sed utrobique speciei naturam habet, nisi quod a superioribus continetur, inferiora autem continet. Eademque quae sunt posita inter genus summum et speciem ultimam, duas habitudines sortiuntur. Unam qua respiciunt superiora et sic sunt species. alteram qua respiciunt inferiora et sic sunt genera.

Quomodo se ad invicem habeant ostendit.

Sic igitur definiunt. Adducit deinceps definitiones singulorum ordinum Categoriarum. Et Generis quidem summi duas adfert definitiones: Speciei autem ultimae tres: Interiectorum denique unicam. Ita omnes in textu clarae.

Definit singula. &

Ut Agamemnon. Exemplum generis summi. Speciei ultimae. et interiectorum docet sumendum esse in familia in qua scilicet nonnulli sunt, qui habent rationem filiorum tantum, quorum parentes sunt etiam filij superiorum parentum. Cum tamen primus homo, a quo illi originem ducunt solus dignitatem parentis habeat. Qui igitur habent rationem filiorum tantum, parentum non item. habent se ut species ultimae; qui autem sunt et filij suorum parentum et parentes suorum filiorum, illi se habent, ut interiecta genera et species: denique ille qui est totius familiae caput. et primus pater, ille se habet, ut Genus summum.

Exemplis declarat.

Sed in genealogijs. Declaravit similitudinem generis Logici, sed eius quo sumitur pro familia.

Nunc utriusque discrimen

Similitudinis et rei discrimen.

Nunc utriusque discrimen declarat. S. E. In genere familiae hoc inuenitur, ut omnia ad unum caput referantur, ad plura vero, quae essent summa, nequaquam: At genera summa Logica sunt decem, sub quibus omnes res comprehenduntur, certae sub certis. quam Ens non est.

Obiectio et Solutio eiusdem.

Aduersus proximè traditam doctrinam obiectionem proponit, quam statim soluit. Obiectio talis est. Omnium rerum potest esse unum summum et communissimum genus, scilicet Ens: Ergo decem dicta genera, non erunt summa. Soluit Porphyrius hanc obiectionem asserens, quod Ens habeat se ad decem dicta summa genera Graecè ὁμωνυμῶς aequiuocè, proindeque non potest dici Genus illorum decem generum, quandoquidem omne Genus, quâ Genus est debet esse συνωνυμον ut docet Aristoteles cap. 3. Topicorum. 4.

1.m Corolarium.

Sed cum decem sint. Ex dictis infert duo Corolaria. Primum est istiusmodi. Genera summa sunt decem, a quibus decem Categoriae debitis generum ac Specierum coordinationibus constitutae deriuantur. Infimae autem species, numero comprehenduntur finito, tanto autem magis, ea quae vocantur interiecta, propterea, quia sunt communiora.

Indiuidua denique infinita sunt. non actu tamen sed potestate, quatenus scilicet datis quibuscunque Indiuiduis, noua alia succedunt. sub iisdem speciebus et succedere possunt in infinitum. Hinc regula Platonica originem sumpsit. quam Porphirius praesenti loco adducit. quod descensus Praedicamentalis, a summo genere incipiens debet terminari in Speciebus ultimis; amplius autem procedendum non est. ne forsan res in infinitum procedat, et scientia praedicamentorum deficiat. quae de rebus determinatis et finitis est.

Descendendo igitur

Descendendo igr. Corolarium Vdm. S.E. Qa superiorum generum minor est numerus, Ultimarum autem specierum maior, Individuorum denique infinitus. Dum a summo genere descendimus ad Ultimas Species, tum fit diuisio Vnius in plura. dum autem ascendimus ab Ultimis speciebus atque adeo ab ipsis Individuis ad summa genera, tum colligimus plura in Vnum. Vdm.

Hinc manauit illud Philosophicum. Participatione Speciei, plures homines sunt Vnus homo. et plures Equi Vnus Equus. Item. Res singulares habent Vim diuidendi. Vniuersales autem et Comunes Vniendi et colligendi.

Iam Vero cum qd sit. Membrum Itium comprehendens regulas tres praedicationum, Hae oes in textu sclarae.

Sed individuum de Vno. Pars cap. 3. in qua habetur Explicatio Individui, eaque 2plex. pma est. Individuum Vr id, quod de Vno solum singulorum dicitur. Vt Petrus. Individuum explicatur. 1mo.

Ratio. Qa scilt Individuum non potest diuidi in minuti ora se. Nota Praedicationem Individui de seipso tantum esse, Eamque vocari a Philosophis Identicam Vt cum dicimus, Joannes est Joannes, Petrus est Petrus.

Quae autem huiusce modi sit. Vda explicatio Individui Individua dicuntur, quorum Vnumquodque ex pprietatibus constat, quarum collectio, Vt eadem in omnibus et singulis sit, impossibile est. Quae pprietates intellige non illas, quae sunt Species, Vt aptum esse ad ridendum, esse disciplinae capacem. &c. 2do pfectius.

Hae ri possunt inueniri in oibus individuis sub Vna specie contentis. Sed singulares, quaecunque ri istiusm. pprietates simul inueniuntur in Vno singularium, eaedem Vt inueniantur in altero singulari falsum est. E.G. Esse Formosum, Grammaticum, Rhetorem, Romanum, Italum, Musicum, cadit quidem in Vnum aliquod singulare, sed in alterum minime.

Continetur igr

Collatio. & Categoriar. Continetur igr. Ad finem capitis confert inter se haec tria. Genus. Speciem, et Individuum. Uti ea quae mutuam inter se habitudinem hnt. S.S. Individuum continetur sub specie sem: perque sustinet vicem partis. Genus vero continet speciem. sem: perque sustinet vicem totius. Species denique continetur a Ge: nere, et sic est pars eiusdem. rursus eadem species continet Individua, et sic est totum quiddam. Observa aut Genus dici totum respectu suarum specierum, non actuale, sed potestativum: Sigdem potestate tantum continet suas differentias, per quarum additionem efficiuntur et constituuntur species, Indivi: dua etenim sunt partes suarum specierum, sed Extensionis Ut vocant Philosophi: cum ri una species sit ultima suorum Individuorum, haec participatur ab omnibus Individuis, idque non per modum partis, cum in omnibus et singulis Individu: is perfecta et tota speciei essentia sit. Ex hoc etiam pa: tet, quod species sit totum quid actuale, respectu suorum Individuorum, non alterius, sed in aliis: Sigdem toti proprium est esse in partibus. De gne igr. Conclusio cap. Vdi et Itij.

Observatio.

DE DIFFERENTIA
CAPUT. III.

Argtm cap. 3. Categorema tertium hoc capite explicat. Caput dividitur in du: as partes: in prima quinque divisiones differentiae: in 2da quinque definitiones eiusdem.

Differa vero. 1ma cap. pars. hoc autem loco habetur prima divisio, quae est istiusmodi. Differa alia est Communis, alia propria, alia maxime propria. Differentia Communis est, ac: cidens quoddam separabile, quo alterum ab altero, vel etiam a seipso differt. E.G. Joannes differt a Stanislao, quod hic sedeat, ille vero ambulet. Et idem Joannes differt a seipso, quod cum antea esset puer, nunc est vir.

Communis quid

Propria vero

Propria vero differentia est. Accidens quoddam inseparabile. Propria quid
Ut nasi adunciſtas, qua differt Aquila a Cygno.

Maxime propria denique differentia est, non iam accidens Maxime pro:
aliquod, sed forma quaedam essentialis, per quam unum ab alio pria quid
essentiali discrimine dissidet. Ut rationis particeps est diffe:
rentia maxime propria, quae inter hominem et Equum essen:
tiale discrimen facit. Nota duas priores differentias
ad ultimam Categoriam referri nam sola tertia tertium Ca: Cautio
tegorema constituit. ~~Sed quae communiter~~ Universaliter

Ostendit quidnam dictae differentiae efficiant. S. E. unam
rem faciunt diversam ab altera. Sed quae Communiter Ida divisio et
Ida divisio differentiae aliae sunt quae rem unam dissimilem discrimen
tantum faciunt ab altera. Aliae autem quae unam rem omnino differarum
aliam faciunt ab altera. Dissimilem quidem in Accidentibus quae
substantiam rei non faciunt. quales sunt differentiae communes
et propriae. Aliae autem in ipsa substantia, quales sunt
differentiae maxime propriae.

Sane quae faciunt aliud. Admonet differentias communes et
proprias, quae res dissimiles tantum faciunt, simpliciter vocari dif: Admonitio
ferentias maxime autem proprias, quae nimirum faciunt rem 1ma
aliam, vocari specificas propterea quia adiunctae generi suo
speciem constituunt. E. G. Rationale est differentia specifica.
quia adiuncta Animali constituit hominem.

Atque ex iis differentiis. Admonet Ido differentias Ida
maxime proprias in se habere duo. Primum quod genus suum
in species dissecant. Alterum quod in definitionibus specierum
adhibeantur. Communis autem et propria differentia va:
rietatem tantum quandam rerum faciunt.

Rursus ab initio. Divisio tertia. Differentiae aliae sunt Itia Divisio
separabiles, aliae inseparabiles. Separabiles sunt, quae a re
possunt separari, ut deambulatio, sessio. &c. Inseparabiles.

Inseparabiles vero sunt quæ a re separari nequeunt ut nasi adunicitas, et qualitas rōalis rei. Ad differentiam separabilem refertur diffa Comunis: ad Inseparabilem vero Propria et maxime propria. Inseparabilium aut

4ta Diuisio. Diuisio 4ta. Differentiæ inseparabiles aliæ sunt per se quales sunt mxe ppriæ. Aliæ per accidens. quales sunt propriæ.

Discrimen differentiarum 1m. Quæ igr per se. Assignat discrimina duo inter diffas inseparabiles, illas scilt quæ sunt per se, et quæ per accidens seu inter propriam et mxe propriam. 1mum discrimen est istiusmodi. Ppria differentia non sumitur in differentia rei nec facit aliam rem, sed tantum dissimilem, maxime aut propria sumitur in definitione rei, ad hæc rem facit aliam.

Discrimen 2dm. Et quæ sunt per se. Discrimen 2dm. Diffa ppria seu per accidens magis et minus recipit. nam adunicitas nasi potest esse maior in una aquila, quam in altera. et homo unus potest habere magis cæsios, quam alter. Maximè aut ppria differentia seu per se non remittitur, neq intenditur.

Ratio. quandoquidem æqualiter omnibus inest Ratio. Qa differentia mxe propria ptinet ad essentiam et naturam rei, quæ æqualiter ab omnibus participatur, et in omnibus est eadem. E. G. Unus homo non e magis rōalis quam alter.

Cum igr tres Breuiter repetit tres differentiarum diuisiones superiores traditas.

5ta diffarum Diuisio Rursus diffarum. Diuisio quinta. quæ est potius subdiuisio differentiæ per se. S. E. Differentiæ aliæ sunt diuidentes, aliæ constituentes. Diuidentes sunt per quas genus

Diuidentes quæ. in suas species discerpitur. E. G. Rōale et Irrōale sunt differentiæ diuidentes. qa diuidunt Animal in suas species in Hoem scilt. Leonem, Asinum, et cæteras.

Constituentes quæ. Constituentes rursum differentiæ sunt illæ. quæ adiunctæ generi speciem constituunt ut rōale adiunctum Animali

constituit

constituit hoc. Hanc autem differentiae divisionem sic intelligere debes. Differentiae constituentes et dividentes aliae sunt atque aliae si referantur ad unum idemque Genus. revera ri unum quodque Genus aliis differentiis dividitur, aliis vero constituitur. E.G. Animal dividitur per differentias. Rationale et Irrationale. Constituitur autem per alias differentias. Puta per Corporeum Animatum, sensus particeps. Quod si naturae dividentes et constituentes ad idem genus non referantur. Eaedem sunt differentiae dividentes, quae et constituentes. Siquidem omnes, dividunt aliquod Genus. et constituunt aliquam Speciem. Observatio.

Differentia est qua. Ita cap. pars continens quinque differentiae definitiones. Prima est. Differentia est, qua species superat Genus. Ut rationale est differentia, qua homo superat Animal. Dicitur species superare suum Genus beneficio differentiae. Propterea quia species continet in se differentiam actu, seu tanquam partem sui essentialem. Genus autem potentia. 1ma differentiae definitio.

Aliqui unde species. Movet quaestionem, cui simul responsionem adiungit. Quaestio est. Unde species habet differentiam? non a Genere; alias ri Genus reciperet simul duo opposita quod dicere absurdum est: neque etiam ab eo, quod est nihil, siquidem ex nihilo nihil fit. Respondet Porphirius. Quod differentiae sumuntur a Generibus. in quibus sunt potestate non actu. Sic ri duo opposita in eodem subiecto dari posse nihil absurdi est. Obiectio et Solutio.

Sic quoque eam. Definitio Ita.

Rationale ri. Reddit rationem triplicem, cur differentia praedicetur in quale quid est. 1ma est istius. Ad interrogationem ri factam quale quid est. respondemus per differentiam. dum ri quaerimus qualis sit homo, respondemus quod sit rationalis. Ita vero ratio haec est. Differentia ri est quaedam forma et Qualitas Generis. quod patet ex proportione, quam habet Compositio Speciei ex Genere et differentia. cum Compositione rei Naturalis. 2da definitio et eius rationes duae.

Naturalis ex Materia et Forma. item. cum ea compositione qua res artificiosæ conficiuntur ex subiecto naturali, et figura.

3tia Describunt etiam. Definitio tertia.

4ta. Explicant etiam. Definitio 4ta. tertiæ non absimilis.

5ta. Qui vero diligentius. Definitio 5ta. quæ omnium perfectissima et exactissima est. Differentia est id, quod præstat rei perfecta ut sit, ad eiusdemque definitionem pertinet. eiusdemque rei est pars.

Nota. Definitionem hanc esse supplementum priorum 4. definitionum.

DE PROPRIO CAPUT IV.

Argum. cap. 4tiam Egit hactenus Porphirius de tribus Cathegorematis quæ ad essentiam rei pertinent: aggreditur deinde tractationem eorum, quæ ad essentiam quidem non pertinent, eandem tamen consequuntur.

Verum quia hæc duplicis sunt ordinis unum ex iis est istiusm. quod essentiam rei necessario consequitur. quale est Proprium. de quo agitur cap. præsent. Alterum quod non necessario, sed contingenter, quale est Accidens. prius agendum est de Proprio, quam de Accidenti. Totum autem hoc caput consumitur in explicandis 4. acceptionibus Proprij. quarum tres priores pertinent ad Accidens. Ultima vero ad præsens Catagorema. Proprium aut

1ma acceptio. 1ma acceptio Proprij. cuius sensus hic est. Proprium illud dicitur, quod uni tantum alicui speciei ultimæ convenit, quamvis non toti, hoc est, non omnibus individuis sub eo contentis: siquidem alijs eiusdem speciei individuis competit, alijs minime. Exemplum in textu clarum. Et quod accidit omni. Acceptio 2da. S.E.

2da. Proprium altero modo dicitur, quod toti quidem speciei ultimæ convenit, sed non soli, siquidem alijs etiam speciebus competat.

3tia. Et quod soli. Acceptio tertia. Proprium dicitur, quod toti quidem

quidem Speciei Ultimæ, et soli conuenit, sed non semp cum aliqndo conueniat et aliqndo non. Ut Canescere conuenit omni homini et soli, sed non semp. Siqd in ætate seniti canescet. Obserua autem. quemadm. hoc loco Porphyrius Ita etiam et Artes sectione 10 quæstione 62 problematum ait. solum hoem canescere, inter omnia animantia. At lib. 5. de Ortu animalium cap. 4. Equum etiam maxime inter animalia canescere docet. Obseruatio per Occupationem.

Si quis tamen rectius hanc Aristotelis Vocem aduertat. Videntur hæc non pugnare: eodem ri loco citato ait Aristoteles. Cum cætera manifestè non canescant in senectute, homo maxime omnium ita afficitur. Ex hoc Arist. dicto liquet canescere in senectute propterea dici soli hoi conuenire, quod ei mxè inter omnia animalia, et manifestè toto nimirum capite conueniat. Et quarto id. Acceptio 4ta. 4ta.

DE ACCIDENTE CAPUT V.

Aput hoc breue complectitur tres definitiones Accidentis, quod constituit quartum Categorema, inserta etiam Unica eiusdem accidentis diuisione. Accidens est Vero Definitio prima. Argtm cap. 5ti.

Diuiditur aut Diuisio Accidentis.

Sed pt intelligi. Videns Porphyrius diuisionem Accidentis factam, repugnare definitioni adductæ corrigit se nunc: dixit ri in definitione Accidentia omnia posse, Ut adesse ita etiam abesse a suis subiectis: In diuisione autē possit esse quoddam Accidens, quod separari seu abesse non possit præter interitum subiecti. Ut hanc igr repugnantiam tolleret præsenti textu docet, quod etiam Accidens Inseparabile possit abesse a subiecto, salua subiecti substantia. Hoc tamen non actu fit, sed potestate. Hoc est, non reabse. sed beneficio intellectus. E. G. Corvus et Aethiops cum sint naturali nigredine tincti, illa nigredo potest ab ijsdem separari. Si intelligatur Occupatio. & Responsio

Vel albi.

vel albi, vel virides, vel aliquo alio colore vestiti; atq; hoc dum fit, nulla est Corui, neq; Aethiopis mutatio seu interitus, quo ad essentiam eorum. Secus dicendum est de genere aut differentia. Postquam ri E. G. intellexeris hoem esse non animal. vel rois exptem, statim essentiam hois interepristi; at vero si intelligis coruum vel Aethiopem non esse nigrum, sed album, essentia Corui vel Aethiopis non destructa est. Et sane si qs plumas coruo detraxerit, coruus tamen stat. Simlr Aethiopi si nigredinem detrahas, homo stat. Accidentia igr quae dicuntur non posse separari, quamuis actu a suis subiectis abesse non possunt, vi tamen et potestate recedunt.

Sic etiam definiunt Definitio Vda. segu. cap. primi pius est.

Et quod neq; Definitio Via. Expositis adducit et dicta et dicenda.

DE CONVENIENTIA ET Discrimine quinq; vocum

CAPVT. VI.

Argum cap. 6ti. Tertia libri pars continens dictarum quinq; vocum convenientiam et discrimina. Praesenti aut capite adducit convenientiam et discrimen generale omnium quinq; vocum.

Commune igr. Traditur Convenientia.

Sed ipsa attribuitur. Discrimen earundem quinq; vocum.

Observatio. itidq; diffa quod dicit differentiam praedicari de formis. diffas intelligit non ultimas quae scilt sunt specierum ultimarum. sed universales. Nam ultima diffa. cum unius tantum formae sit. de eadem tm praedicari potest.

Discrimen Proprij et Accidentis. Sed primum attribuitur. Ex hoc loco desumitur discrimen, quod est inter Proprium et Accidens. S. E. Proprium praedicatur, primo de sua specie. Secundario vero de

Individuis

Individuis eiusdem speciei. Accidens contra praedicatur ri primo de Individuis, secundario vero de specie. Rō. Nam Proprium oritur immediate, tanquam ex principijs et causa speciei; Accidens autē ex Materia et principijs Individualitatibus. Ut docet Artes lo Metaphicorum cap. 12. Ubi ait, Homo est albus, qa Callias est albus. Hoc tamen verum est, in Accidentibus realibus, non autem ijs, quae pendent ab intellectu. Cuiusmodi sunt 2dae notiones. S. G. subyci praedicari etc.

CAPUT VII.

Tradit Porphyrius tres convenientias Generis et differentiae discrimina itē 6. Argumentum cap. 7mi

Commune est Generi. Convenientia prima. Quemadm. Genus ita et differentia multas species complectuntur. Ita tamen ut Genus plures species contineat quam differentia: quod intelligendum est de differentia dividente, non autem constituente (dum modo differentia constituens ultima non sit. haec ri unam tantum speciem complectitur) quae toti species complectitur quot et ipsum Genus. 1ma convenientia Generis et differentia. Cautio.

Et quaecunque Genus. Convenientia 2da. Quemadm. omne illud quod praedicatur de Genere, illud ipsum etiam de specie potest praedicari: ita etiam de differentia est sentiendum. 2da.

Sed et hoc Commune. Convenientia 3tia. Si tollatur Genus tollitur simul omnis eius species. Similiter si tollatur differentia necessum est tolli omnes eius species. 3tia.

Proprium aut. Discrimen primum. Genus de pluribus praedicatur, quam differentia. Rō. Genus ri praedicatur de differentijs oppositis, quae Genus dividunt in species. 1m Discrimen.

Preterea genus. Discrimen 2dum. S. E. Differentia continetur a Genere sola facultate; Genus aut non continetur a differentia. Intellige tamen differentiam dividentem, non autem constituentem. haec ri actu sit in genere. 2dum. Observa.

Preterea genera sunt. Discrimen 3m. Genus est prius differentia autem

3tium. Differentia autem posterior genere. Prius intellige Natura: quia sequitur posito Genere, aut sublato Genere, necessum est auferri differentiam non contra: nam genera non tolluntur a differentijs. Exemplum vide in textu.

4tum. Praeterea genus attribuitur. Discrimen 4tum. in textu clar.

5tum. Praeterea in quaq. Discrimen 5tum. Unaquaeq species unum habet Genus, differentias autē multas. Per genus intellige proximum non remotum. remota ri genera plura sunt unius speciei: Proximum autē unicum saltem. E. G. Homo habet unū Genus proximum id est Animal, plura autem remota. nimirum Corpus viuens, Corpus Compositum, Ipsam denique Substantiam. idem homo plures habet differentias, est ri et rōalis et mortalis.

6tum. Ac genus qd. Discrimen 6tum.

CAPVT VIII.

Argtm cap. 8vi. Committitur hoc capite Genus cum Specie: adducit ri Porphyrius tres Communitates Generis et Speciei. Discrimina autem quinque.

1ma. conuenientia. Genus et Species. Communitas prima.

2da. Commune etiam. Communitas 2da. S. E. Quemadmodum genus est prius suis speciebus, ita et species est prior suis Individuis. Rō. Ut ri sublato genere, necessum est auferri species. ita etiam sublata Specie necessum est auferri sua Individua.

3tia. Et utrumq. Communitas 3tia.

Discrimen primū. Differunt aut. Adduntur deinceps discrimina, quorum primum hic est. Genus continet suas species (intellige in ambitu Naturae Generica, quae multo Communior est, quam natura specifica) Species autem continentur a suis Generibus. E. G. Animal continet Hoēm, Asinum, Leonem. Homo autē Uti et Equus, et Asinus, continentur ab animali, tanquam species a suo Genere.

2dm. Genus ri pluribus. Discrimen 2dm. Genus oportet praeponi. quod si diffa constituente informetur speciem complet.

Id Ammonius ita.

Id Ammonius ita explicat. Genus est tanquam Materia. Uti Animal. quod si differentiam constituentem assumpserit, rõale nimirum comple: bit et faciet hoem. Hinc infertur, quod genera sint priora na: tura suis speciebus, illis ri sublatis. hæ tolluntur. E. G. Sublato animali tollitur homo et Equus, et bos, et reliqua omnia animalia.

Ac gna qdem

Præterea opus est. discrimen 3m. Genera de suis speciebus prædicantur Univocè. Species autem de suis Generibus non præ: dicantur. E. G. animal prædicatur Univocè de hoe. et de boue, et de asino. homo autem non prædicatur de animali, Uti neqꝫ bos, neqꝫ Asinus. ~~Et Una tollunt. Præterea gna superant.~~ 3tium

Discrimen 4tum. Genus superat ~~Speciem~~ eo, quod illud comprehendat sub se multas species, hæc vero non item: Adhuc species superat suum genus, qa species habet diffam ppriam actu. Genus autem potestate. 4tm.

Præterea nec species discrimen 5tm. Species E. G. Homo. non potest esse summum Genus, Uti neqꝫ Genus potest esse in: fima species E. G. Animal cum sit Genus, iam species Ultima non potest esse. 5tm.

CAPUT IX.

Tradit tres convenientias Generis et Proprij. discrimina itē 5.

Generi cum Pprio. Convenientia 1ma. Quemadm. ex positione Speciei, sequitur positio Generis: ita etiam ex positione eiusdē speciei sequitur pprium. E. G. Ut ex positione hominis sequitur animal ita ex positione eiusdem hominis sequitur aptum esse ad ridendum. 1ma convenientia.

Item æque. Convenientia 2da. Quemadm. Genus Univo: cè prædicatur de suis ~~speciebus~~, ita et Proprium Univoce præ: dicatur de suis Individuis. 2da.

Commune etiā ē Convenientia 3tia. Prioribus non absimilis. hæc clara in textu. 3tia.

Differunt aut. Discrimen 1m. Genus est natura prius. Proprium vero posterius. Rō. Genus ri est principium Specierum: at species est principium Proprij 1m Discrimen.

Ac genus qdē.

2dm. Ac genus quidem. Discrimen secundum in textu clarum.

3rium. Praeterea proprium recip. Discrimen 3m. Proprium reciprocatur cum sua specie. E. G. Homo est aptus ad ridendum, et quod est aptum ad ridendum est homo. Genus vero cum nulla sua specie reciprocari potest. nam etsi recte dixeris hominem esse animal, male tamen animal esse hominem.

4tm. Praeterea proprium inest. Discrimen 4tum. Proprium inest suae speciei solum, toti et semper; at genus convenit quidem toti speciei, et toti semper. sed non soli, E. G. aptum esse ad ridendum convenit soli homini, et semper. Animal vero quod est genus convenit quidem toti homini et semper: sed non soli homini: nam et Equus est animal, et Leo et Ursus.

5tm. Praeterea propria sublata. discrimen 5tm. Sublato proprio non est necesse tolli genus, contra sublato genere, necessum est tolli proprium omne: Proprium enim, siquidem accidit speciei, quae tollitur omnino sublato genere, omnino etiam et ipsum proprium necessario interibit. Cum extra suam speciem, quam consequitur servari nequaquam possit.

CAPUT X.

Argtm cap. 10mi. In hoc capite duo Porphyrius agit. Primo adfert Convenientiam unicam, generis et Accidentis, discrimina item 4. Ido inquirit numerum collationum quinque vocum.

1ma convenientia. Generis et Accidentis. Convenientia 1ma in textu clara.

1m discrimen. Differt autem genus. Discrimen primum. Genus prius est suis speciebus; Accidentia autem sunt posteriora suis speciebus, sive illa fuerint inseparabilia, sive separabilia.

2dm. Ac genus ~~Accidentia~~ quidem. Discrimen 2dm. Genus aequè participatur a suis speciebus; Accidentia autem non aequè: E. G. Homo aequè est animal, atque Leo et Asinus; Homo autem unus potest esse magis albus quam alter.

3rium. Et Accidentia. Discrimen 3tm. Accidentia inhaerent primo Indi

Indiuiduis, ob idq; sunt posteriora, Genera autem priora.

Et genera ijs. Discrimen 4tm. Genus prædicatur de suis Speciebus in quid; Accidens autem prædicatur de suis subiectis in quale quid. Exempla in textu clara. 4tm.

CAPVT X seu cap. 10mi pars 2da.

Accidit autem vda cap. pars. in qua venatur numerus collationum quinq; vocum. et eum 2plicem, quorum primus est præsenti textu istiusmodi: Endoqd quinq; voces inter se conferendæ sunt, singulæq; cum quatuor alijs comparantur, fit ut sic viginti collationes consurgant. 4. enim 5. sunt 20.

Verum non ita. Damnat priorem numerum collationum alterum meliorem assignans. Sufficiunt quippe decem collationes, ex quibus adductis satis liquet. quo nam singulæ voces a cæteris 4. differant. Id autem sic fiet. Genus 4. collationes habet, uti iam ostensum est. Differentia vero tres tantum habebit. Vnam scilicet cum Specie, alteram cum Proprio tertiam cum Accidente. Cum Genere autem Amplius non debet comparari, siquidem iam comparata est cum eo cap. 7. Vbi Genus comparauit Porphirius cum diffa. Jam idem est comparare genus cum Diffa. quod et Differentiam cum Genere, Species item habebit duas tm collationes, nimirum cum Proprio et Accidente: Nam cum Genere iam comparata est cap. 8. cum diffa. vero comparabitur cap. 11. Proprium habebit Collationem vnam tantum. idq; cum Accidente. Accidens insuper nullam. quandoqd iam collatum est, cum Genere capite præsenti. cum diffa vero comparabitur cap. 13. Cum Specie 15. Cum Proprio 16. Differentias omnino 10. esse probat.

CAPVT. XI.

Adducit duas Conuenientias Speciei et diffa: discrimina 4. Cap. XII.

Commune igr. Conuenientia prima. Vt Diffa ita quoq; et Species vniuocè prædicantur de suis inferioribus. 1ma Conuenientia

Commune etiam est semp

2da. Commune dicit est. Conuenientia 2da. Vt species ita et differentia predicatur de
1m differimen suis inferioribus. Proprium aut. differimen 1 Porphyrij predicatur in
quale quid. Species vero in quid. Quod autē dicit Porphyrius speciē
significare quale qđ. innuit descriptionem speciei, in qua cum sit differentia
de essentia dicitur species stare quale quid.

2dm. Posterea differt. differimen .II. Differentia de pluribus specieb predi-
catur. species autem de solis Individuis. Excludo hinc differentias spe-
cificas sed Ultimas. hę si non possunt accommodari pluribus spe-
cieb, sed tantum Uni. Excludo et species intermedias, seu sub
alternas, quę non tantū de Individuis, verum etiā de alijs inferio-
ribus speciebus predicatur. Posterea differentia est.

3tium differimen III. Differentia est prior. species posterior. Rō in textu clara.

4tum. Posterea differentia constituit differimen .IV. Plures differentię concurrunt
ad Unam speciem constituendam: species autem nulla coniungitur
cum altera specie. ita vt tertiam constituant speciem. Ratio
cur plures differentię constituant Unam speciem assignatur ab
Auctore ita. Hmodi. Una vt differentia habet se vt potentia respe-
ctu alterius, quę est Debut actus. Quo Dictum est de differentijs
subordinatis; quarum est Una subest alteri. E. G. Sensibile et
rationale. hę duę differentię constituant hominem: nam prior constitu-
it genus hoc est animal, quod est Debut potentia, et materia respe-
ctu posterioris, quę est actus quędā vt equa.

Obiectio. Potest obiectionem, ex asino et equa generatur Mulus. Ergo duę
species concurrunt ad Unam speciem constituendam. Respō
Respondeo Concedo esse quo ad Individua. Vidi vt equa et hic asinus
generant hinc mulum. non tamen quo ad speciem. Dā equa
Magister Communis asino non constituet Mulum.

CAPUT XII.

Duę Conuenientię duo item differimina a Porrio et differentia dantur.

1ma Conuenien tia. Differentia. Conuenientia prima. Differentia et Proprium Omnibus prędi-
catur de suis inferioribus. Commune dicit.

2da. Conuenientia 2da. Vt differentia ita et Proprium. Omni speciei et
semper conueniunt. nam aptitudo ad rationalitatem omni hoi et semp.

1m differimen. Proprium autē est. differimen primum. Differentia predicatur
de multis speciebus. Proprium autē de Una tantum. E. G. Sensi.

passibile

Participes. praedicatur de homine, equo, boue &c. aptum aut ad ride:
dum de solo hoe. Exclude hinc diffam. Ultimam: haec ri uni spe:
ciei etiam conuenit. Ac diffa qd. discrimen 2dm. 2dm.
Diffa non reciprocatur cum sua specie. Proprium aut reciproca:
tur. E. G. recte dixeris. homo est sensus particeps. male aute.
quod est sensus particeps, illud est homo. Contra. Homo est aptus
ad ridendum, et quod est aptum ad ridendum illud est homo
Utrumque recte dictum erit. Exclude tamen hinc diffam Ultimam
et eam quae dr constituens.

CAPVT XIII. XIV.

Traduntur duae conuenientiae, et tria discrimina diffae et accidentis.
Diffae et accidenti. Conuenientia prima. diffa et accidens praedi: 1ma Conuenientia
cantur de multis. Item Commune est. Conuenientia 2da. 2da
Accidens inseparabile et diffa insunt omnibus suis inferioribus et
semper. Differunt aute. Diffa continet suas species et 1m discrimen
non continetur ab ysdem. Accidens aut et continet. quatenus est
in multis, et continetur quatenus unum idemque subiectum multa
accidentia possit accipere. Ac diffa qd.
Discrimen 2dm. Diffa non potest intendi nec remitti. atque 2dm.
Accidentia et intenduntur et remittuntur. E. G. aequè homo est
sensus particeps atque Equus et Asinus. Unus aut homo est magis
albus quam alter. Et unus Corvus altero nigrior.
Et diffae contrariae. Discrimen 3m. Diffae contrariae non pos: 3tium
sunt misceri, hoc est in una eademque specie non possunt ambae
dari. Accidentia autem admittunt mistionem. Ut et ambo in
eodem subiecto possint esse, et simul et successiuè. E. G. Homo
cum sit rōalis. rōis expers esse non pt, idem homo cum sit albus.
pt esse niger.

CAPVT XIV. XV.

Conuenientiae duae. discrimina item 4. adferuntur speciei et Proprij.
~~Qua vero~~ Species cum Proprio. Conuenientia 1. Et species et Proprium 1ma Conuenientia.
de multis praedicantur. et Proprium de specie, et species de Pro:
prio praedicatur. E. G. Homo est risibilis et risibile est homo.
Hoc etiam. Conuenientia 2da. Ut species ita Proprium uniuo: 2da.
ce praedicantur. de suis inferioribus

Differt aute.

1.m Discrimen. Differt autē. Discrimen I. Species (intellige interiectā) potest esse genus aliarum; Proprium autē cum uni tm̄ speciei conueniat, alijs conuenire non pt. E. G. Aet pt. esse genus, non tm̄ hominis, sed etiam Equi. Leonis 2e. aptum autem ad ridendum cum soli homini cōpetat, aliā speciei competere non potest.

2dm. Ac species qdē. discimen II. Species prius est. Pprium autē posterius. Rō. qa Pprium est Accidens. Species aut eius Subiectū: Accidens autē posterius est subiecto. Praeterea Spēs Discrimē III.

3tium. Species re ab se et semp suis Indiuiduis inest. Pprium autē sepius potestate. ysdē inest. Praeterea Discrimen IV.

4tm. Sumptum a definitionibus Speciei et Proprij. diuersis. iam quorū sunt definitiones diuersae. illa sunt inter se diuersa.

CAPVT XV.

XVI. Communitatem Vnam discrimina Vero 4. Speciei et Accidentis adfert. Speciei et Accidētis Conueniētia. Vt species ita et Accidens praedicantur de multis. Pprio Vero. Discrimen primū.

Conueniētia.

1m discrimen. Species praedicatur de multis in quid. Accidens autē in quale quid. Et quamqs. discrimen II. Vnaquaeqs Substātia Vnius tantum speciei est particeps. (intellige speciem sub eodē genere positam). Eadē substantia multorum accidētiū pt esse capax. E. G. Petrus cum sit Homo, non est Equus, non est bos. Idē Petrus cum sit Calidus potest esse frigidus.

2dm.

3tium. Ac Species qdē. Discrimen III. Species prius intelligūtur qui prius existunt. Accidens autē posterius. Cum prius esse debeat res subiecta, quam id quod rei subiectae inhaeret.

4tm. Item Speciei. Discrimen IV. Species non suscipit magis et minus. Accidens autē suscipit.

CAPVT XVI.

XVII. Adducuntur duae Conuenientiae discrimina Vero tria Proprij et Accidentis. Commune igr. Conueniētia 1ma.

1ma Conueniētia. Pprium et Accidens inseparabile, ita se habent ad sua inferiora, seu subiecta, Vt sine illis constare non possint.

Ac quemadm.

Ac quemadmodum Convenientia 2da. in textu clara. 2da.

Differunt aut. Discrimen I. Uni tantum speciei competit. Acci: 1m. discrimen.
dens autem pluribus. Exemplum in textu clarum.

Praeterea proprium. Discrimen II. Proprium reciprocatur 2dm.
cum sua specie. Accidens vero minime.

Et proprior quod. Discrimen III. Proprium non recipit magis 3tm.
et magis. Accidentia autem recipiunt.

SENTENTIA STOICORUM
de quinque vocibus.

Quid Primo de Genere et Differentia Stoici senserint, lubet eorum doctrinam ex Diogene Laertio huc adducere. Inquit ille.

Genus est plurium, et eorum quae convelli non possunt, notionum compre: Genus secundum Stoicos quid.
hensio, veluti animal, hoc enim complexum est particularia animantia.

Notio autem est visum mentis neque aliquid existens neque quale, Notio quid
sed veluti aliquid existens, et veluti quale, sicut fit expressio
Equi, etiam absentis. Forma autem est id, quod suo genere Forma quid
continetur. Haec sunt quae pertinent ad definitionem Generis
et formae. Quod autem attinet ad divisionem eorundem Divisio Catse:
haec ita ab eodem traditur, genus generalissimum est quod cum gorematum
sit genus, genus non habet. Specialissimum autem est quod
cum sit species, speciem non habet ut Socrates.

Ubi nota Stoicos in ea sententia fuisse ut speciem ultimam
seu ut vulgo dicere consuevimus specialissimam vocarunt In:
dividuum. seu singulare, cuius tres modos describit Paulus Individuum triplex
lib. 38. Ubi inquit. Paedius nihil referre ait, proprio nomine
res appelletur, an digito ostendatur, an vocabulis quibusdam
demonstretur: quatenus mutua vice res fungantur quae
tantundem praestent. Has autem Individuas Spe: Individuum quomodo vocetur.
cies vocant proprietates, seu Propria. Ut autor est Sextus
dum ait.

dum ait: Genera sunt communitates quæ permeant in singularibus ut homo qui peruasit per singulos homines, et Equus qui per singulos equos. Species autem quæ sunt in uno quoque proprietates, ut Dionis, Theonis, et aliorum. Et quia universam Logicam. in 6. Locos distribuerant. Genus et Speciem, clauserunt sub loco 2. qui est περὶ φωνῶν. quod vertit Cicero de eloquendi Elementis, aliæ de loquendo. Sub quo etiam loco claudebant ipsas definitiones, quibus notiones inuolutæ, hoc est genera euoluuntur, et quasi aperiuntur. Item diuisiones quibus genus diuitur in Species seu formas.

distributio universæ Logicæ. 1mus locus.

Quod insuper attinet ad diffas, has stoici dicebant referri ad Qualitates quæ continentur sub loco περὶ πραγμάτων seu de rebus. Accidentia vero renocabant ad Categoremata quæ clauduntur sub loco περὶ λεκτῶν. hoc est de Eloquendo.

2dus locus

ARISTOTELIS STAGIRITÆ. Categoriæ. ~~Argum. libri~~

Hinc incipit ~~Logica Aristotelis~~. ex libro sexto.

Argum. libri Categoriarum. in quo iaciuntur quasi fundamenta quædam ædificij Logici. hoc est agitur in eo de Categorijs seu de simplicibus terminis, quatenus significant res, et primas notiones, in quibus uidæ notiones efinguntur. Ut diximus in Prolegomenis ad punctum secundum.

DIVISIO LIBRI.

Diuiditur liber hic in partes tres, in prima explicantur quædam principia necessaria ad rectam Categoriarum cognitionem, in 2da ipsæ Categoriæ explicantur: in 3tia exponuntur quædam, quæ cum ad Categorias, tum etiam ad multas alias res

tripartitus liber.

alias res pertinere videntur, quorum scilicet frequens fuit facta mentio. In Categoriarum tractatione. Vulgo post prædicamenta dicta.

CAPVT I.

Præsenti capite membrum primum huius libri absoluitur, complectitur enim omnia principia ad Categorias cognoscendas necessaria. quæ in genere quidem sunt 3. in specie autem 7. hoc est tres definitiones; diuisiones duæ, Regulæ item duæ. Argumentum cap.

Homonima dicuntur. Definitio Homonimorum seu æquiuocorum quam ideo adducit Artes. Ut innuat Homonyma reijcienda esse ex numero Categoriarum: propterea quod sint ambigua, multiplicemque habeant definitionem seu essentiæ rationem. 1ma. Definitio Homonimorum.

Obseruabis tamen æquoca hic definiri non æquiuocantia, hoc est ipsa nomina æquiuoca, sed æquiuocatas res nominibus æquiuocis signatas. Obserua

Synonima autem

Definitio Synonimorum seu Vniuocorum, quæ competit tantum Vniuocis Vniuocatis non autem Vniuocantibus. Hæc intelligitur ex priori definitione Homonymorum. Exemplum Vniuocorum hoc esto. Homo, bos, Leo, Asinus sunt Vniuoca, quia et nomen habent commune, nimirum animal. Ut si homo est animal, ita et bos et cætera sunt animalia. Adhuc hæc omnia eandem habent rationem essentiæ seu definitionem. nam Ut homo est Corpus animatum sensus particeps, ita et bos est Corpus animatum sensus particeps, idem de cæteris intelligendum est. 2da definitio Synonimorum. Declaratio.

Denominata Vo. Definitio Paronymorum seu denominatiuorum, qua etiam sola denominatiua denominata comprehenduntur. Sunt autem Denominatiua denominata Accidentia Concreta quæ denominantur ab Abstractis. Ut fortis a fortitudine, Sapiens a Sapientia: Hæc autem solo casu, hoc est terminatione differunt ab Abstractis. 3tia definitio Paronymorum.

Eorum quæ dicuntur.

Cap. 11. Periorij. Eorum quae. Sequuntur divisiones duae, quarum prior adscri:
1ma divisio. benda est vocibus, altera autem rebus. prima adducitur propterea.
Ut cognoscamus voces complexas, excludi a praedicamentis. Posteri:
or autem, ut tradatur quaedam cognitio rerum quae in iisdem
praedicamentis reponuntur. Prior divisio est istiusmodi: Voces
(nomine autem vocum etiam ipsas res intellige) Aliae dicuntur
Voces simplices Ut coniunctae, aliae dicuntur sine coniunctione: seu aliae sunt sim:
plices, aliae Compositae. Nota aut simplicitatem vel com:
positionem vocum spectandam esse in simplicitate vel com:
Observa. positione Conceptuum. ita ut quibus vocibus, respondet multorum
Conceptuum coniunctio, illae debent censeri Compositae. E. G.
Homo iustus. Artes disputat. Quod fit non tantum in plu:
ribus dictionibus, sed etiam in simplicibus. Quandoquidem dantur
quidem non nullae dubitationes quae simplices esse videntur
complexae tamen sunt. Siquidem conceptum complexum pariunt.
E. G. Iustum, si imponatur ad designandum aliquod totum
nimirum illud, quod significat Homo iustus. Contra illae
voces dicuntur simplices esse. quibus nulla compositio multorum
conceptuum respondet, ut Homo et bos et currit, et vincit etc.
Etiamsi interdum ex multis vocibus componantur. Veluti Mar:
cus Tullius Cicero. Eorum quae sunt

Ad. Divisio. Divisio 2da eorum, quae sunt. hoc est. Entium realium
4 duplex. finitorum et completorum, quae quidem sola per se ponuntur in Prae:
1m. dicamentis. Divisionis autem membra sunt 4. Primum est
Substantia Universalis quae non est in subiecto. cum per se
sit, dicitur autem de subiecto cum sit Universalis. Ut Homo
non est in subiecto, sed dicitur de subiecto nimirum de Individuo
aliquo puta de Petro, Paulo. Idem est.
2dm. Accidens singulare quod est in subiecto, cum sit Accidens
sed de subiecto non dicitur, cum sit singulare. Ut quaedam
3tm. Grammatica. Tertium. Accidens Universale, quod est
in subiecto, et dicitur de subiecto. Quartum

Quartum denique est substantia singularis, quae nec in subiecto est ullo, nec dicitur de subiecto. Natura ri accidentium est ut sint in subiecto. Substantiarum autem ut per se sint. Rursum universalium natura est ut dicantur de multis singularium ut de nullo. In subiecto autem esse

4tum.

Ea in proxima divisione frequentius usus est hac voce, esse in subiecto. Ideo nunc definit quid sit illud, quod dicitur esse in subiecto. Est ergo in subiecto id quod inest alicui non tanquam pars eius, in quo inest. et sine eo seorsim existere nequit. Talia autem sunt accidentia.

In subiecto esse quid.

Argum. cap. 3tij.

Cap. III. Periorij.

Cum alterum. Adferuntur deinceps regulae duae. quarum prima utilis est ad cognoscendam profunditatem praedicamentorum. Ida vero ad latitudinem eorundem.

1ma Regula

Est autem profunditas, nihil aliud praeterquam progressus a summo genere usque ad individua. Latitudo vero est progressus a generibus ad differentias, quae sunt colaterales et quibus genera in species dividuntur. Regula I. clara in textu.

Profunditas et Latitudo Categoriarum

Heterogeneorum Regula II. Cum genera sunt diversa, et non subalternatim posita, ita ut unum eorum non contineatur ab altero. Talium generum differentiae (ut constituentes ita et dividentes) sunt diversae. Exemplum in textu clarum.

Ida regula.

Subalternorum

Reg. III. Cum autem genera sunt subalternatim posita, tum possunt habere easdem differentias (constituentes tantum et non dividentes) E. G. Corporeum est differentia constituens corpus. quae non tantum corpori attribuitur, sed etiam viventi et animali.

3tia regula

Argum. cap. 4ti.

Eorum quae sine Jam accedit ad categorias tractandas, quas hoc loco enumerat singulas singulis exemplis illustrans. Singula autem. Ostendit sub finem capitis voces simplices de quibus in libro categoriarum agitur non affirmare quidquam, neque negare. Ut ri aliquid affirmet aut neget illud necessum est ut sit verum vel falsum.

Cap. IV. Periorij.

Jam ea veritas

Jam quia veritas et falsitas a vocibus simplicibus abest. quandoquidem in solis vocibus coniunctis inueniantur. etiam affirmatio, et negatio aberit.

Cap. V. Poiij

CAPVT II.

De Substantia.

Argum cap.

Secunda libri pars est. continens ipsarum Categoriarum tractationem. Sumit autem Artes initium a Substantia. Vti ab ea quae est primum genus rerum, et cuius respectu (Vt docet Artes q. Metaphi) caetera omnia, quae qualemcunque essendi rationem participant, dicuntur esse: quandoquidem huic, ceu fundamento cuipiam incumbant: Hac ri sublata, caetera consistere non possunt.

Eius partes tres.

Caput habet partes tres: In priore habetur diuisio substantiae, et definitio, In 2da adducitur comparatio mutua substantiarum cum substantijs et accidentibus. In tertia adducuntur proprietates sex.

1ma Substantia quid. & Quotuplex.

Substantia autem. 1ma pars in qua definitur substantia 2plex. nimirum Prima et Secunda. Hoc loco definitur substantia prima, quam vocat potissimum et primum et maxime substantiam, propterea quod maxime substet seu subyciatur alijs omnibus rebus. Tales autem substantiae sunt Individua, quae et Vniuersalibus secundis substantijs subsunt. Et accidentibus. quanquam aliter substantijs, aliter accidentibus. Vt suo loco monebimur. Secundae aut.

Definitio 2darum substantiarum. Jam vero perspicuum

Comparatio substantiarum et Accidentium.

2da cap. pars. quae varias complectitur collationes substantiarum. partim cum substantijs partim cum accidentibus. partim cum vtrisque. Hoc autem loco docet. quomodo se habeant 2dae substantiae et accidentia ad primas substantias. S.E.

Substantiae 2dae ita se habent ad primas, Vt de ijs praedicentur et secundum rationem, et secundum nomen, seu definitionem.

E.G. de Pet

E. G. de Petro dr Homo, et scdm nomen, qa Petrus est homo, et scdm rationem qa Petrus est animal rois particeps.

Eoq vero. Accidentia vero quædam ita se hnt ad primas substantias, ut de ijs neq scdm nomen, neq scdm roem prædicari possint, qualia sunt Accidentia abstracta. Uti nigredo, albedo. Nam neq albedo, neq color disgregans visum (quæ est ratio albedinis) potest prædicari de Petro. Quædam aut Accidentia scdm nomen quidem prædicantur de primis substantijs; at scdm rationem minimè, qualia sunt concreta: Ut Petrus est albus. recte dixeris. male tamen. Petrus est color disgregans visum. Collatio cum Accidentibus.

Cætera vero.

Eadem confert roe dependentium. S. E. Ut secundæ substantiæ, ita et omnia Accidentia dependent a primis substantijs: Itaq sublatis primis substantijs, necessum est ut pereant oes secundæ substantiæ. omnia item Accidentia. Eda Collatio

Secundarum vero. Confert deinceps 2das substantias inter se, hoc est species et genera substantiarum: dicitq species E. G. Hoem Leonem, 2ª magis esse substantias, quam genera, hominem quam animal, viuens 2ª. Id confirmat 2. roibus. Comparatio 2darum substantiarum inter se.

Si qs ri explicet. Ro I. Qa species propius accedunt ad primas substantias, planiusq est apertius earum naturam explicant. Exemplum in textu vide. Ratio. pma.

Præterea primæ substæ. Ro II. Qa scdm primam substantiam, quæ omnibus rebus substat. species pluribus substant quam genera: siquidem species et generibus substantiarum et accidentibus substant. Ratio 2da.

Ipsarum aut

Ultimo confert species cum speciebus et primas substantias cum primis. S. E. Omnes species æqualiter sunt substantiæ, et æqualiter attribuuntur primis substantijs. E. G. Homo æque est substantia atq bos et asinus. rursum Comparatio Primarum substantiarum inter se.

Idem Homo.

Idem homo prædicatur de Petro atq; Paulo. Primæ item Sub:
stantiæ æqualiter sunt Substantiæ quod intelligendum est non tm
de primis Substantijs sub eadem specie contentis sed etiam sub
diversis. Sic Petrus non est magis Substantia quam Bucephalus.

Merito igr. Ex his quæ dixit, obiter infert rões duas
quibus assignat causam, cur ex omnibus cæteris rebus, quæ de
primis substantijs dicuntur, sola genera et species substantiarum
secundas substantias nominaverit. 1ma ratio est. Qa gene:
ra et species substantiarum declarant naturam primarum substan:
tiarum. Accidentia vero non item. 2da vero. Qa ut sub:
stantiæ primæ substant cæteris omnibus hoc est. Secundis sub:
stantijs et Accidentibus. Ita etiam 2dæ substantiæ substant
Accidentibus. Accidentia autem nulli substant.

Rões duæ afferuntur cur solæ species et genera dicantur 2dæ substantiæ.

Præterea primæ. Itia pars cap. Prima proprietas sub:
stantiæ est istiusm. Ut 2dæ substantiæ ita et primæ non sunt
in subiecto. Quod primæ substantiæ non sint in subiecto
ex eius definitione adducta patet. Quod autem neq; 2dæ
hac roe pbat. Quæ sunt in aliquo tanquam in subiecto, illa
non possunt de eo prædicari scdm roem, sed tantum interdum
secundum nomen. Secundæ substantiæ non tantum scdm
nomen sed etiam scdm roem prædicantur. Ergo 2dæ sub:
stantiæ non sunt in subiecto. Hoc autem nõ est
subijcit Artes quod non esse in subiecto etiam differentijs con:
veniat. Siquidem et differentiæ prædicantur ut scdm nomen
ita scdm roem. Hic observa diffas in nulla Categoria repo:
ni per se. Cum omnis Categoria sit series generum, specierum
et Individuorum tantum: beneficio tamen specierum, quas dif:
ferentiæ constituunt, ijsq; insunt tanquam partes, referuntur
ad Categoriam substantiæ cum tota species sit in eadem Catego:
ria. Ideo et Materia prima est in Categoria substantiæ.

1ma substantiæ proprietas.

1ma

Hæc proprietas non soli substantiæ convenit

Observa.

Individua sunt in substantia reductive. tamen non per se.

Non per se

non per se quidem, sed ut vulgo loquimur reductive ratione scilicet compositi, in quo inest. Porro nenos.

Occurrit tacite obiectioni de partibus substantiarum. S. G. de manu, pedes, capite, oculis etc. quae insunt in suis totis ob idque videntur non esse substantiae, sed potius accidentia. Occupatio

Id Aristoteles removet, ostendens partes non esse accidentia sed substantias. Ratio. Ea accidentia insunt in suis subiectis, non tanquam partes, ut ostensum est capite primo. Partes autem substantiarum insunt in suis totis tanquam partes. ob idque sunt substantiae. Inest autem substantiis.

Proprietas 2da conveniens substantiis secundis tantum, et praeterea differentiis earum. 2da proprietas. Omnis vero substantia.

Proprietas 3tia conveniens solis primis substantiis. Solae enim hae proprie sciunt hoc aliquid, hoc est rem certam, quae nimirum digito demonstrari potest. Vero substantiae non hoc aliquid, sed potius quale quid significant. Quod ut intelligas adverte significare quale quid, posse accipi 3pliciter. 3tia proprietas.

Primo ri sciat qualitatem proprie dictam, a qua scilicet res dicuntur quales ut dicetur cap. 5. huius libri. Vero quale quid idem significat quod etiam significat in quaestione quale est ut passim accipiebatur apud Porphyrium. Quale quid dicitur 1mo 3pliciter. Vero.

Tertio. Quale quid significat rem universalem: quo pacto Aristoteles 2. metaphisicorum cap. 13. et alias saepius id nomen usurpat. cum ait. Universalium non hoc aliquid sed quale quid significat. Hoc igitur ultimo modo accipitur. Quale quid in praesenti textu. Caeterum Ammonius docet secundas substantias ideo significare quale quid, quia communitatem et collectionem particularium quasi qualitatem quandam declarant. Hoc quoque substantiis inest. 3tio.

Proprietas 4ta. Substantiae non habent contrarium. Intellige 4ta proprietas.

Contraria per se.

Observa. Contraria per se, et propria dicta; non autem per accidens et improprie dicta: sic ri multa substantiis possunt esse contraria. E.G. Petrus est contrarius Paulo quatenus ille sapiens est hic stultus, aut ille sanus, hic aeger. Similiter aqua contraria est igni, et aeri terra, quatenus ignis est calidus, aqua frigida. et terra sicca, aer autem humidus. Ita igitur substantiae dicuntur esse sibi contrariae per accidens, non autem per se. Hoc vero substantiae.

Haec proprietas et quanto convenit. Docet proprietatem proxime dictam non soli substantiae convenire. Nam et quantitati convenit, uti ri substantia, non est substantiae contraria, ita neque quantitas quantitati

Obiectio. Nisi quis Obiectio ex proxime dictis emergens, dixerat enim in expositione Proprietatis quartae quantitate non habere contrarium. nunc opponit adversus illud dictum huiusmodi argumentum.

Responsio. Magnum habet contrarium Parvum. Item multum habet contrarium Paucum, atque ista sunt quanta. Ergo falsum est quantitatem non habere contrarium. Respondet Aristoteles illud dictum convenire quantitatis definitis tantum, non autem indefinitis. qualia sunt haec, quae in obiectione adducta sunt. Sunt autem quanta definita illa, quae mensuram extensionis habent finitam et certam, ut bicubitum, tricubitum, ternarium etc. Observa tamen Magnum et Parvum, Multum item et Paucum non esse quanta sed potius relata, ut inferius patebit

Observa. Videtur autem substantia

5.ta proprietas. Proprietas 5ta. Substantiae neque intenduntur, neque remittuntur, sic neque magis neque minus recipiunt. E.G. Unus homo, puta Petrus non est magis aut minus homo quam Paulus. Non recipiunt autem magis et minus substantiae propterea, quia contrarietatem admittunt nullam. haec ri est radix intensionis et remissionis.

Ratio. Et hic observa quod substantiae, non recipiunt magis et minus in ratione essentiae: non autem in ratione accidentium. E.G.

Observa. Petrus qua est.

Petrus qua est homo, vel animal, vel corpus non plus neque minus est homo vel animal vel corpus, quam Paulus, et quae singuli homines; Quamvis ratione Accidentium idem Petrus recipit magis et minus. Sit ri esse Petrus longior Paulo, et doctior et melior.

Non dico Substam. Impugnat proprietatem 4tam.

S. E. Antea diximus primam substantiam, maxime esse substantiam: Ex secundis item substantijs illas esse magis substantias, quae sunt species, quam quae sunt genera: Ergo falsum est dum dicimus substantias non recipere magis et minus. Respondet Artes. quia superius conferebantur inter se substantiae diversae, quarum est alia inferior erat in Categoria, veluti Individua, alia superior, veluti species et genus. Hic vero consideratur una substantia quae idipsum quod est, non magis et minus sed semper aequaliter est. Sit ri E. G. Socrates, qui cum sit homo, semper est aequaliter homo, aequaliter item animal, aequaliter corpus, nec dr idem Socrates magis vel minus homo. nec magis vel minus animal. idque vel seipso vel alio quopiam. Sicuti dr aliquid magis esse album, ut seipso ita et alio.

Obiectio contra 4tam proprietatem.

Soluti.

Sed mxe proprium. Proprietas 6ta. Substantia cum una et eadem numero sit, potest recipere contraria, veluti Socrates unus idemque permanens, modo calidus est modo frigidus, aqua similiter modo pura est modo turbida. Haec autem proprietas soli quidem substantiae competit, sed non omni, praeter solam ri substantiam, nihil quod sit unum idemque numero, potest recipere contraria: Nam Accidentia secundum naturam, non sunt ita comparata, ut unum eorum sit subiectum alterius (intellige per modum inhaesionis, neque ri unum accidens est subiectum alterius ita ut ei primordium existendi praestet) et per consequens ut recipiat contrarium.

6ta Proprietas. Et mxe propria soli substantiae sed non omni.

Quod vero dr.

Quod vero dr̄ non omni substantiæ convenire recipere contraria, hoc ideo additur, quia vdæ substantiæ contraria non recipiunt, cum illæ non possint proprie dici unum quid numero, quandoquidem idcirca individua tm̄ spectetur.

Obiectio contra 6tam proprietatem

Nisi forte quis. Dixit Arles, proprietatem 6tam soli substantiæ convenire nunc adversus eam opponit proprietatē istiusmodi. Oratio et opinio, recipiunt contraria. Oratio autē et opinio non sunt substantiæ. Ergo non soliq substantiæ est proprium recipere contrarium. Maior pbr exemplo. Sit ri E. G. hæc oratio. Socrates sedet. Hæc oratio vera est. si Socrates sedet revera. Falsæ autē, si Socrates non sedet: oratio igr hæc alias vera est, et alias falsa: proinde capax contrarij. Quandoquidem verum, contrarium est falso. Obiectionem hanc solvit duobus modis. Et primo quidē per reprobationem fiduciariam. Sic.

Solvitur aplicitur. 1mo.

Dato et non concesso. Quod oratio et opinio recipiunt contraria. Substantiæ tamen non eo modo recipiunt contraria, quo oratio et opinio: Nam substantiæ contraria recipiunt cum mutatione sui; oratio autem et opinio recipiunt etiam contrarium. non cum mutatione sui, sed potiq cum mutatione rei externæ, illiq scst, ad quam diriguntur. E. G. Socratis, qui cum sederet surrexit. Itaq soliq substantiæ proprium est recipere contrarium cum mutatione suiipsius.

2do.

Vdo vero solvit, per instantiam negando scst simplr orōem et opinionem recipere contraria. Quod hac rōe pbat. Omne quod contraria recipit, mutari necessum est: atqui opinio et oratio, cum ex veris fiunt falsa, aut ex falsis vera, non mutantur. Ergo opinio et oratio non recipiunt contraria. Minor. Mutatio ri fit in re externa. de qua scst fit opinio vel oratio, non autem in opinione vel oratione.

Orō 3plex Interna Prolata. Scripta.

DE QVANTO.

Caput III.

CAPVT III.

Cap. VI. Pereij.

Sequitur Tractatio de Quanto, seu Quantitate, quae diuidi pt in duas partes: in prima adducuntur diuisiones Quanti, in plures Species: in altera vero proprietates. Augustin cap.

Quanti aut Pars cap. 1. in qua ipsi diuitur Quantum. Vna diuisio est haec. Quantum aliud est Continuum, Discretum aliud. Altera. Omne Quantum aut constat ex partibus habentibus situm, vel positionem inter se; aut ex non habentibus. Quanti ꝯplex diuisio.

Nam partium numeri. Ex hoc loco colligit definitionem Quanti Continui et Discreti. ita vt Quantum Continuum sit illud, cuius partium est aliqs terminus communis, quo eadem partes coniunguntur. Est autem communis partium terminus id, quod ita terminat vnam partem vt vnum idem alteram etiam partem terminet. E. G. Duae partes lineae dimidiae coniunguntur vnico puncto medio, quod scilicet vtriusque partis lineae est Extremum, seu terminus communis. Discreti Quanti definitio est Contraria. ad Continuum Quantum referuntur. Species quinque nimirum. Linea. Extremitas, Corpus, Locus et Tempus. Quod ad Tempus attinet, nota. dupliciter id posse considerari. Vel ri spectatur rōe partium successiuarum. Hoc est rōe temporis praeteriti, praesentis et futuri, Vel quatenus scilicet spacium ab eo mobili confectum, quod est Causa Efficiens Temporis. Sic tempus diurnum, est spatium Motus primi Mobilis. 1mo ergo modo. Tempus est Quantum per se, ad praesentemque considerationem pertinet, 2do. vero per Accidens. 1ma Quantum Continuum et Discretum qd. Communis terminus quid. Continui Species Quanti 5. Tempus ipsi consideratur.

Ad Discretum vero Quantum pertinent numerus et Oratio. Ordinem autem intellige non omnem, sed illam duntaxat, quae est in voce, vti quae longa aut breuis est. nam quae fit in mente vel scripto non dicitur esse Quanta. Discreti Quanti Species. Obserua.

Altera alia Repetit eadem diuisionem Quantorum singula eius membra exemplis illustrans. Definitiones autem Vtriusque Species. Quantorum 2da. Quanti diuisio.

Utriusq; Speciei Quantorum, hæ ex præsentibus dictis possunt elici: ni:
Quanta positione partium habentia quid. mirum, Quanta constantia ex partibus habentibus inter se situm illa sunt. quorum partes singulæ possunt assignari. Ubi nam sint sitæ. et cum qua alia parte coniungantur. Sic singulas linearum partes extremitatum item, corporum et locorum possumus assignare Ubi sitæ sint, et cuiusq; partibus coniunctæ. Quanta rursum constantia
Non habentia quid. ex partibus non habentibus inter se situm, illa sunt. quorum partes non possunt assignari, Ubi sitæ sint, aut quomodo alijs coniungantur. Sic temporis partes non possunt assignari Ubi sitæ sint, cum tempus fluxum sit, et minime permanens. Idem euenit in numeris et orationibus: semel ri prolata oratio, statim interit, volatq; semel emissum irreuocabile verbum.

Atq; hæc sola Doctrina præcedens pertinebat ad illa
Quanta denique alia sunt per se. alia per Accidens. Quantorum genera, quæ dicuntur Quanta per se, præsens aut pertinet ad illa, quæ vocantur Quanta ex Accidenti. Sunt autem Quanta ex Accidenti illa, quæ in ijs existunt, quæ per se et verè sunt Quanta. Sic aliqua albedo dr esse longa vel breuis qa Quantitas est longa vel breuis. Similiter dr Actio aliqua longa, vel multa, qa quantitas, hoc est tempus, in quo illa actio fit, est longum vel multum.

Præterea quanto. Ida cap. pars. in qua adferuntur
Quanti 1ma Proprietas Observa. proprietates Quantorum tres: Prima est hæc. Quantis nihil est Contrarium. Intellige quatenus sunt Quanta, non autem quatenus permista alijs accidentibus. Sic ri linea recta habet contrarium lineam inflexam, et tempus tranquillum est contrarium tempori turbulento. Alias lineam quatenus est linea, nullam linearum habet contrariam, nec Tempus Contrarium tempus:

Nisi forte multum. Aduersus primam proprietatem
Obiectio. proponit obiectionem istiusm. Magnum et Paruum multum item et Paucum, sunt Quanta. atq; sunt hæc contraria. Ergo aliqua Quanta habent Contrarium.

Quod repug

Quod repugnat doctrinae Aristotelicae. Obiectionem hanc soluit Artes 2ptr. Primo negando ista esse Quanta, sed potius Relata, cum Magnum dicatur respectu alicuius Parui, et multum respectu Pauci. Praeterea sive quis. Solutio 1ma

Ad eandem obiectionem respondet 2do. Responsionis aut sensus hic est. Magnum et Paruum, multum itsem et Paucum, sive sint Quanta, sive non sint. Creuera tamen non sunt Quanta sed Relata) Utique nullo modo sunt Contraria. Hoc probatur 3ptr. Solutio 2da. Probatur 3ptr.

1mo Qa Contraria sunt Entia absoluta, et per se. Magnum autem et Paruum, Multum et Paucum sunt Entia respectiua.

2do. Qa Contraria non sunt simul. Haec aut sunt simul.

3tio. Qa si haec essent Contraria, tum Unum et idem esset sibi Contrarium. quandoque idem sit Magnum et Paruum: Porro nihil sibi ipsi est Contrarium, sed quicquid sibi dr esse Contrarium. Illud alteri est Contrarium.

Maxime Vero. Adhuc objicit aduersus eandem proprietatem. Locus admittit Contrarium, atque Locus est Quantum. Ergo Quantum admittit Contrarium. quod est contra doctrinam Aristotelis. Probatur maior. qa locus inferus sive deorsum, qui est in medio, hoc est in centro mundi, contrarius est locus, supero, ei scilicet qui est in coeli concauo. ista n loca maxime distant quae Contrariorum est natura seu definitio. Obiectionem hanc non soluit Artes. Potest autem ita solui nimirum. quod seorsum et deorsum sunt relata, proinde non recipiunt Contraria. Locus n superus dr respectu loci inferi, et contra. Negandum est igr, haec esse Contraria. 2da Obiectio. Solutio

Non Videtur aut. Proprietas 2da. Quanta non recipiunt magis neque minus. Nam linea Una, non est magis aut minus linea quam altera. sed Ut haec ita et illa. 2da. Quanti Proprietas

Sed maxime proprium est. Proprietas tertia. Quantis illud maxime proprium est Ut secundum ea, res dicantur esse pares vel impares. et aequales vel inaequales. Sic Petrum dicimus esse parem. 3tia Proprietas

dicimus esse parem Paulo, vel qa eiusdē longitudinis vterq. vel eiusdē latitudinis, vel crassitiei eiusdē.

Cap. VII. ~~[illegible]~~

CAPVT IV. DE RELATIS.

Doctrinæ ordo requirebat, vt post tractationem Quantorum ponetur tractatio Relatorum, quorum scilicet proxime præcedenti capite sepius mentio facta est: alioqui ordine naturæ Quantitatem debebat sequi Qualitas vti Ens absolutum. Doctrina autē hæc Aristotelis de Relatis bimembris est. Nam in prima capitis parte exponit Aristoteles ea, quæ de Relatis suo tempore inter Philosophos circumferebantur. Hoc est definitionem Relatorum a veteribus Philosophis traditam, et 4. eorundē proprietates: in altera vero proponit vnam obiectionem ex cuius solutione occasione desumpta, ondit Relatorum definitionem a veteribus assignatam insufficientem esse: Simulq. inducit propriam definitionem eorum Relatorum, quæ verè sunt Relata. Ad aliqd ea dnr.

Argtm cap.

Divisio cap.

Communis Relatorum definitio.

Prima cap. pars. in qua communis Relatorum definitio adducitur istiusmodi. Relata ea dnr quæ id quod sunt aliorum esse dicuntur, aut quoq. modo aliter ad alterum. Exempla Relatorum multa Arles subiungit. nimirum dupli, maioris et similis. dr ri duplum comparoē simplicis. et Mons dr maior respectu montis minoris. Item simile refertur ad aliquid simile. Præter hæc docet Relata esse Habitus, affectiones, scientias, sensus, et situs seu positiones. veluti sedere, stare, iacere ꝛc: Nam et Habitus et scientiæ, et sensus referuntur ad propria obiecta. Itē situs seu positio importat ordinem partium in loco. Tot autē et tam diversa exempla ad diversa etiam prædicamenta pertinentia, non aliam ob causam adducit Arles, nisi vt ostendat insufficientiā definis Relatorum a veteribus traditæ. vti quæ aliorum etiam prædicamentorum rebus conveniat.

Sed et recubatio

Sed et recubatio. Occurit tacite obiectioni, qa recubare, stare, et sedere, non sunt in Categoria Relatorum, sed in Categoria situs. Obiectio.
Atqui hæc videntur esse species positionis seu situs. Ergo falso dicebatur positionem seu situm esse in numero Relatorum. Respondet Artes negans: Recubare, stare, sedere, esse species situs: distinguit enim inter recubationem, quæ est species situs, et recubare, quod a recubatione denominatur. Solutio.

Hoc idem intelligendum est de statu et stare. Similiter de sessione et sedere. Inter hæc igr distinguitur. Qa non est necesse ut in eadem Categoria colocentur et denominans et denominatum. Nam in his exemplis denominans est in Categoria Relatorum. Denominatum autem in Categoria situs.

Observa tamen hæc ab Arte dici ex aliorum sententia. reuera enim ut denominans ita denominatum ad eandem refertur Categoriam. E. G. ut Qualitas et Quale, Albedo et Album, Quantitas et Quantum. Inest aut Contrarietas. Observa.

Adfert proprietates Relatorum 4. 1ma est hoc loco istiusm. Relata admittunt contrarium; sed non omnia exempla in textu. 1ma proprietas.

Videntur autem 2da proprietas. Relata intendunt et remittuntur sed non omnia. Observa duas hasce proprietates adscribi Relatis non ex Artis sententia sed ex veterum. Alias Relata secundum sententiam Artis non admittunt ullam contrarietatem. cum Relata mutuo se ponunt. Contraria autem destruunt. Omnia vero. 2da. Observa.

Proprietas 3tia. Omnia Relata reciprocantur. E. G. Præceptor est discipuli præceptor. Et discipulus est præceptoris discipulus. Verum aliquando. 3tia.

Occurit tacite obiectioni quæ poterat opponi adversus tertiam proprietatem. quod scilicet ala referatur ad auem, quandoquidem ala dr esse auis ala; contra auis non refertur ad alam, cum non dicatur auis alæ auis. Hinc igr forte fit ut proprietas tertia Relatorum recte assignata non sit. Occupatio

Rndet Artes.

BIBLIOTH. BAVOROVIANA LEOPOLIEN.

Rndet Artes. Alam non referri ad auem, sed ad alatum.
probatur. Qa sunt quaedam animalia alata, quae ex genere aui-
Solutio. um non sunt, quales sunt Muscae, scarabaei, apes, vespae. deinde
monet Artes toties Relata reciprocari, quoties recte conferun-
tur. Hoc est quoties termini Relationis recte et apte sumuntur.
E.G. Ala et Alatum; non autem ala et Auis: similiter caput
et Capitatum; non autem caput et animal: dominus et Seruus.
non aut dominus et Homo. Et qm interdum deest Vsitatum no-
men, ad quod Relatio sit apta, tum nouum aliquod est finge-
dum, sumpta eius appellatione ab eo correlatiuo, ad quod refertur
quamuis forsan sit barbarum, et ab Vsitata dicendi forma
abhorrens E.G. Clauus est Clauati clauus, Item caput est capi-
tati caput. hoc idem in caeteris similibus faciendum erit.

Quod si apte. Qa non pt fieri apta reciproca-
Regula in Relatio Relatorum, nisi assignentur vera Relata, adducit Artes
tis seruanda. certam quandam regulam, quam respicere debemus incognoscen-
dis Veris Relatis. Pro ea declaranda accipe primo documen-
tum istiusmodi. Quemadmodum in vna re multae aliae coniungun-
tur, ita etiam res varijs nominibus scatur, quae nomina sin-
gula significant illam rem, in qua coniunguntur, ab vnica
roe speciali et forma, quae est in ea. E.G. Petrus vnus idem
numero appellatur homo, et animal. et praeceptor et album. etc.

Hinc sequitur quod vnum correllatiuum pt multis noibus
assignari, ductis ab ijs rebus, quae in eo sunt. E.G. Pater est
filij pater. Item si filius est homo, tum pater dicitur esse
hominis pater. Item si filius est animal, tum dr pater
esse animalis pater ze: Non omnia tamen ista explicant
roem, scdm quam refertur pater ad filium, nisi ipse filius,
propterea quae alia omnia Artes vocat Accidentia, non
quod reuera omnia sint Accidentia, sed quod Accidunt,
et non sunt de natura Relatiui. His ita praesuppositis,
haec regula est.

Obseruandus.

Observandum est, an si omnia illa remouerentur, et illud solum superest, diceretur adhuc Relatum, esset quod reciprocatio: quando enim id fit, tum illud quod relinquitur est correlatiuum. Sin minus, non erit E. G. Pater est filij pater. Si volumus scire, an filius sit verum corellatiuum patris obseruandum est num remoto a filio, quod sit homo, quod item animal, quod albus etc. manente hoc quod sit filius, adhuc pater conuerteretur. Et quia ita est, filius est verum corelatiuum patris. Artes hanc regulam declarat exemplo domini et alae.

in Relatis quod potissimum spectandum.

Videntur autem. Proprietas 4ta. quae rectius intelligetur ex 2do modo simul, quem videbimus cap. 9. huius lib.

4ta. Proprietas.

Sed non in omnibus. Excipit a dicta proprietate scientiam et sensum. Atque scientiam quidem duplici ratione. 1mo quia scientia est posterior scibili: Ubi autem est posterius et prius. Ibi simul esse non potest. 2do. Quia sublato scibili, tollitur etiam scientia non contra. nam sublata scientia, non est necesse tolli scibilia. Sensum item excipit propterea. Quia sublato obiecto sensibili, omnino sensus auffertur.

Exceptio

At sensu ablato, non continuo sensibilia pereunt. sed plura adhuc superesse possunt: Virtus ri sentiendi in solo animali residet, quae si e medio tollatur, nullus remanebit sensus. cum tamen adhuc sensibilia remaneant, hoc est multa corpora viuentia, et multa vitae expertia, quae sunt obiecta sensuum. Deinde quia sensus nullus est in rerum natura nisi animali resistente, cuius veluti passio propria est vis sensitiua. sed prius adhuc extant elementa, quam aut animal, ex quibus hoc ceu mistum componitur. Ergo ex propria natura animalis, Elementa praesupponuntur, quae cum vere sint sensibilia conuincuntur obiectum sensus prius esse natura ipso sensu. Atque adeo non omnia Relatiua, esse simul natura liquet. Et haec ideo dicit Artes ut ostendat in sufficientia definitionis Relatorum a veteribus traditae.

Sed dubitari potest 2da cap.

Sed dubitari pt. Ida cap. pars. quam Artes orditur ab Obiecti-
Obiectio. quae one de Substantia. Cum scilt Substantia dicatur ad aliqd, an vero
Relatorum definitionem a Veteribus traditam destruit. non. Reperit autem 4 intra latitudinem Substantiae. Hoc est
primam Substantiam, secundam et eius partes, nimirum hoc animal
cuius partes sunt, haec brachia, haec manus, isti pedes: praeter
haec substam Idam, et eius partes veluti animal huius partes
sunt caput, brachia etc: Et quidem de primis tribus inquit Artes
notum esse quod adducta obiectione procedit. Siquidem constat
nec primam substam nec partes eius esse ad aliqd. Non
ri dicimus aliquem hoem alicuius esse, nec caput hoc dr esse ali-
cuius caput hoc; sed omnia haec sunt esse absolutum, non
autem respectiuum. relinquitur ergo ut obiectio proposita in
solis partibus secundarum substantiarum locum habeant: nam
et caput dicimus esse alicuius caput, et pedem alicuius pedem.
Ideo partes Idarum substantiarum videntur esse ad aliqd iux-
ta definitionem Relatorum a veteribus traditam. Cum tn
revera non sint ad aliqd, quandoquidem substantia omnis est Ens
absolutum. Rndet ergo Artes, quod iuxta veterum deficiem
Solutio et sententiam de Relatis partes Idarum substantiarum vere
esse ad aliqd, ex eoque convinci insufficientiam definitionis
Relatorum, a veteribus assignatae, quandoquidem etiam Sub-
stantiis competit, Jam definitio talis omnis debet assignari
quae sit propria sui definiti, hoc est, quae non possit trans-
fundi in res alterius generis.

Si vero non satis. Jam assignat veram Relatorum
Vera Relatorum definitio. definitionem, talem scilt quae omnia Relata ab omnibus rebus
aliorum praedicamentorum, separat. Haec ita proponi potest.
Relata illa vere esse dicuntur, quorum essentia in eo tm
est constituta. Ut referatur ad aliud. dico tantum.

Propterea

propterea, qa et partes substantiarum et quantitates et qualitates et cetera dnr etiam referri ad aliud, praeter id tn sunt etiam entia absoluta.

Ac perspicuum quidem Assignat proprietatem eorum, quae vere sunt Relata, haecque exactius adhuc Relatorum naturam ondit. Est ergo proprietas istius m. Relatorum uno cognito alterum quoque perfecte cognoscetur; alterum vero sine altero nequaquam cognosci potest. E. G. Si cognovisti Alexandrum esse discipulum Aristotelis, cognovisti perfecte statim ipsum Aristotelem esse praeceptorem Alexandri magni. Ro. proprietatis assignata haec est. qa tota Relatorum natura in eo constituta est, ut referatur ad alterum. Proprietas Relatorum propria.

CAPUT V. De Quali et Qualitate.

Cap. VIII. Pacij.

Partes cap. huius sunt 5. primo ri definitur Qualitas sub noe abstracto. 2do. Qualitatis species recensentur singulatimque explicantur. 3tio Eadem Qualitas describitur sub nomine concreto. 4to. Afferuntur proprietates. 5to. Dubium quoddam postulans distinctionem Qualitatis a Praedicamento Relatorum proponitur et dissolvitur. Argum cap. et Partitio.

Qualitatem Membrum primum. Qualitas est secundum quam denominamur quales. Talis est albedo, a qua quispiam homo dr albus: nam si interroges, qualis sit homo, aut quale corpus tum designata albedine, vel nigredine, vel alia quacunque qualitate, aptissime respondemus, dicentes hominem esse album vel nigrum alioue colore affectum. Qualitas quid.

Una igr species. Membrum 2dm. Prima species est 1ma Qualitatis species. Habitus et Affectio Utrumque istud quid sit facile ex eorum discrimine, quod statim ad Arte adiungitur cognosci potest.

Habitus nimirum.

Habitus quid Affectio qd.

Habitus nimirum est qualitas difficile mobilis, vel separabilis a subiecto, in quo semel inhaeserit. Dispositio est qualitas facile mobilis a subiecto, in quo inhaesit. E. G. qui aliquam scientiam vel artem exacte cognouit, ille dr habere Habitum scientiae vel artis, quandoqd illa scientia vel ars, aut nulla rõe aut aegerrime saltem ab eo remoueri potest, scilt vi morbi. Rursus qui non pfecte aliquam scientiam cognouit, ille dicitur esse in Affectione.

Alterum genus.

Ida Species Qualitatis

Ida Species qualitatis est Potentia vel impotentia, scdm quam nonnulli habent quandam naturalem inclinationem, seu aptitudinem ad aliquem actum exercendum, vel etiam non hnt. Si hnt vr naturalis potentia, sic qdam dnr pugiles et cursores, qa aptitudine naturali praediti sunt ad facile exercendos tales actus, item salubres quia contrarijs fortiter resistunt, ita vt non facile infirmitatibus sint obnoxij. alij vero insalubres seu valetudinarij, qa facile a contrarijs patiuntur, vel semper aliqua infirmitate detinentur. ad Naturalem item potentiam refertur omne durum, fortiter sectioni resistens, mole vero ptinet ad naturalem impotentiam, qa non pt vi resistere fortiter sectioni.

Tertium genus.

Itia Species.

Species tertia nimirum patibilis Qualitas et Passio, harum exempla in textu. ~~Patibiles aut qualitates~~.

Has igr esse. Exempla haec nimirum dulcedo amaror, acerbitas et alia in textu adducta, quod sint qualitates probat ex eo, quod scdm illa dnr res qbus insunt Quales: haec vi erat definitio Qualitatis. Sic a dulcedine dnr res dulces, ab acerbitate acerbae &c:

Patibiles autem. Eadem exempla quomodo sint patibiles Qualitates ondit. Sed qm textus Aristotelis est obscurior, paulo plixius declarandus erit.

Omne patibile

Omne patibile, quod a passione dr 4 modis potest considerari 3bus quidem modis sub ratione triplicis causae, nimirum materialis formalis et efficientis. Postremo autem sub ratione ipsius effectus. Patibiles qualitates quae significat.

Primo itaque dr patibile secundum causae materialis subiectum quod patitur. Sic lignum dr patibile, quatenus est combustibile: hoc est quatenus calorem potest recipere, cuius receptio dr proprie passio seu perturbatio. Endoquidem illud ad corruptionem disponat. Patibilis. 1ma Acceptio.

2do Patibile aliquid appellamus in genere causae formalis, si nimirum sit forma, cuius receptio proprie dr passio, veluti calor et frigus. hoc modo dicuntur patibiles, quia passio est eorum receptio in subiecto vel subiectum eadem recipiens proprie pati dicitur. 2da.

Tertio in genere causae efficientis illud dr patibile quod effective inducit passionem, veluti calor in igne existens patibilis dr, quatenus inducit passionem in ligno. Nam cum illud comburens calefacit, effective in eo producit passionem nempe receptionem caloris a se producti, atque in eodem ligno producti. 3tia.

Quarto dr aliquid patibile non tamquam causa passionis, sed tanquam effectus, qui subsequitur causam talis est albedo in cera, ex nimio calore solis, et nigredo etiam in homine. Adhuc tamen duobus contingit aliquid produci ex passione: primo permanenti et durabili, uti albedo producitur in cera ex nimio calore solis, quae diu permanet in cera. 2do transeunte, seu facile pereunte, ut candor et rubor in ferro. ex calefactione ignis cito transeunte. 4ta. eaque duplex.

Primus modus non convenit qualitati, cum qualitas non sit subiectum, quod ex receptione alterius qualitatis patiatur. sed soli substantiae. neque 2us. Universaliter convenire potest qualitatibus in ea receptis, vel inhaerentibus, multae enim sunt ex quarum receptione, vel inhaesione. aut nihil patitur aut certe non proprie patitur.

Nam vel naturalit

Xam vel naturaliter sunt ei congenite vel per receptionē eaꝝ non disponitur ad corruptionem, in eo potius perficitur. Prior conditio cernitur in dulcedine mellis et cuiꝰ inhabitore mel mihi patitur. Posterior vero conditio in luce, quā ita odit passionem ppriam sit in aere: Xam minime aerem disponit ad corruptionem, quin potiꝰ perficit. Restat tertiꝰ et vltꝰ modo. Tria Qualitū iuxta quos tertia hec qualitatis species constituitur. Xam talis species passibiles qualitates appellantur quā aliquam passionem efficiunt in sensu. Veluti sapor in gustum sonꝰ in auditum, prima qualitates calidum est frigidum humidum et siccum in tactu &c. vel quā sunt effectꝰ alicuiꝰ passionis puta calor morbi. &c.

Tertio et vltꝰ modo. Tria Qualitū iuxta quos tertia hec qualitatis species constituitur. Xam talis species passibiles qualitates appellantur quā aliquam passionem efficiunt. Quarta species qualitatis.

Quarta species talis

Assignat discrimen inter passionem et passibilem qualitatem, quod ideo facit quia Categoriam quā vt pati considerat cum qualitate. Oīa aut alia sunt quā accidunt corpori et alia quā animā. Aristoteles Strabiꝰ distinctionem ponit constituens tria genera, hoc est passibilem qualitatē Xaturalem, cum qua quis nascitur. passibilem qualitatem extrinsecꝰ quā capit alicui adhuc iam nato et passionem quā non est qualitas. Passibilis qualitas Xaturalis est in corpore veluti calor vel rubor innatus: Sed passibilis qualitas naturalis est in animo veluti desipia seu amentia est naturalis.

Discrimen inter passionem et passibilem qualitatem.

Xaturalis qualitas quā.

Fortuita quā.

Fortuita quā passibilis qualitas est in corpore veluti calor ex morbo contractꝰ: in animo vero amentia ex morbo. Passio in corpore est veluti calor ob metum et rubor ob verecundiam: in animo vero veluti ira. Passibiles ergo qualitates inde vocantur qualitates, cum ab ijs res dicantur quales: passiones vero non item possunt dici qualitates, quia ab ijs res non dicuntur quales: non ni recte eam appellaueris rubeam: qui ex verecundia rubore perfusꝰ est. Sed potius rubicundam quasum. Quantum vero. Addendum ultimā speciem qualitatis cuius exempla in textu vide.

Rara autem.

Rarum autem. Movet quoddam dubium de raro et denso. item de aspero et levi. num sunt sunt Qualitates. quandoquidem videntur praeseferre quandam speciem seu similitudinem figurae aut formae. Respondet ergo Artes. haec non esse Qualitates, sed potius pertinere ad praedicamentum situs. Quandoquidem certam quandam passionem partium sciant: Densum nihil aliud est, quam id quod habet partes sibimet propinquas. Rarum vero id, quod habet partes magis a se distantes. asperum item illud dicitur cuius quaedam partes videntur eminentes, et veluti assurgentes, aliae autem humiles, et veluti descendentes. leve vero id, cuius omnes partes aequaliter sunt positae.

Obiectio. et Solutio. Densum quid. Rarum quid. Asperum item et Leve quid.

Qualia vero sunt. Membrum cap. tertium. in quo definiuntur qualia, nimirum album, forte, Musicum, definiuntur autem hic Qualia per Qualitates tanquam per eas a quibus denominantur. Inest autem Membrum 4tum.

Definitio Qualitatis.

Prima proprietas est Qualitatis haec. Qualitas admittit Contrarium ~~Vitium~~ S.G. virtus habet Contrarium Vitium, et Sapientia Stultitiam. sed non omnis Qualitas habet Contrarium. Nam coloritus medijs et figuris nihil est Contrarium.

1ma Qualitatis proprietas.

Praeterea si Contrarior. Infert Artes ex prima proprietate Ventem doctrinam de Contrarijs quae est istiusmodi. Si unum Contrarium est Quale, hoc est ex praedicamento Qualitatis, et alterum Contrarium erit Quale. Universalius ita accipe: ex quo praedicamento est unum Contrarium, ex eodem et alterum futurum est. S.G. Qua sapientia est ex praedicamento Qualitatis, etiam stultitia erit ex praedicamento Qualitatis. Recipiunt autem qualia

Observatio quaedam de Qualitatibus.

Proprietas 2da. quae priorem consequitur. S.G. Qualitates vero Qualia intenduntur et remittuntur. Sic nix candidior est aliquo pariete candido et Aristides iustior Themistocle. Excipit ab hac proprietate figuras.

2da proprietas

neque in unus circulus

neq; ri unus circulus, est magis circulus quam alter, aut tertius. Similiter nec unus triangulus est magis triangulus, quam alter: idem de cæteris dicendum est.

Occupatio. nam quæ recipiunt. Qa potuit aliqs obycere circulum magis dici de circulo quam de triangulo, et triangulum magis dici de quadrato, quam de circulo, quandoqd triangulus similior sit quadrato quam circulus. triangulus ri et quadratum, constant lineis rectis nunc alios angulos, quorum neutrum est in circulo. Ideo solvit Phus negans circulum magis dici de circulo, quando triangulo aut triangulum magis de quadrato quam de circulo.

Doctrina. Ut autem id falsum esse ostendatur adducit regulam. per quam discernere possumus num aliquid magis vel minus attribuatur alijs. Est aut regula istiusmodi, nihil attribuitur alijs magis aut minus, nisi adsint duæ Condiciones. 1ma est. Ut attributi definitio conveniat omnibus subiectis. 2da. Ut eadem definitio alijs magis alijs minus insit. Juxta hanc regulam dicendum est circulum non dici magis de circulo, quam de triangulo. qa definitio circuli, non convenit utriqs, sed tantum circulo, triangulo non item. Similiter negandum est triangulum magis dici de quadrato quam de circulo. cum triangulo definitio neq; quadrato neq; circulo conveniat. Ex his apparet aliud esse si dicamus aliqd esse similius uni quam alteri. et aliud si dicamus aliqd magis attribui uni quam alteri: Nam triangulus similior est quadrato, quam circulo. non tn magis dr de quadrato, quam de circulo, imo de neutro dr.

Itia Proprietas. Similia vero. Proprietas tertia. Secdm Qualitates res dicuntur similes aut dissimiles. Sic Cignus dr esse similis Cigno alteri. qa uterqs est albus. contra corvus dr esse dissimilis cigno, quia hic albus, ille autem niger est.

Occupatio. Non oportet. Membrum cap. 5. in quo movet Artes dubium ex his quæ hactenus dicta sunt, in his ri multa sunt enumerata, quasi huius prædicamenti propria, quæ etiam in prædicamento ad aliqd.

ad aliquid collocata fuerunt. qualia sunt Habitus et affectiones. quod certè videtur magnam prædicamentorum confusionem facere. Solvit hoc 2plr. Primo sic. Habitus et Affectio 2plr considerantur. Generice et Specificè. Atque generice quidem sub nomine scientiæ. Specificè vero sub terminationibus Dialectice et Grammatice. Si igitur primo modo considerentur habitus et affectiones tum dicuntur esse ad aliquid. sin vero 2do. tum sunt qualitates. nam scientia refertur ad scibile: Dialectica vero aut Grammatica absolutam qualitatem scilicet. 2do Habitus et Affectio Uti et alia plurima istis similia pertinent ad diversa prædicamenta, sub diversis rationibus, nam scientia quatenus connotat Habitum certum atque evidentem, qui per demonstrationem est acquisitus, constituit primam speciem Qualitatis. quatenus autem respicit

Solutio. 2plex. 1ma

2da.

CAPUT VI.

cap. IX. Pacij

Ait de reliquis ex prædicamentis brevissime duplici de causa. 1mo quod propterea, quod de eorum Natura disserere negotium sit potius Philosophi, et Metaphisici quam Dialectici: 2do. quod minoris sunt Entitatis, et quorum in Dialectica non est frequens usus. Quod igitur attinet ad textum Artis. in eo adducuntur primo duæ proprietates eorum, quæ dicuntur Agere. et Pati.

Argtro cap. 2

Divisio.

1ma est hæc. Agere et Pati recipiunt Contrarietatem: nam Calefacere est Contrarium ei, quod frigefacere, quæ sunt Actionis. Similiter Calefieri et Contrarium ei, quod est frigefieri, quæ sunt Passiones. Hic nota quod Actiones et Passiones non suscipiunt Contrarietatem secundum se. sed tantum secundum formas a quibus proficiscuntur aut secundum id, circa quod sunt. Omnis enim Actio vel Passio terminatur in aliquam formam. Uti Calefactio in Calorem, et frigefactio in frigus. Secundum tales igitur terminos seu formas Actiones et Passiones recipiunt Contraria. quemadmodum magis et minus. quæ est 2da Actionis et Passionis proprietas.

1ma proprietas.

Observa.

Ex his etiam sequitur.

Hæc proprietas neq; omnibus his convenit. Uti neq; 2da.

Ex his etiam sequitur, ut non omnes Actiones et Passiones contraria recipiunt uti neq; magis et minus. quandoquidem multæ Actiones et Passiones sunt, quæ proficiscuntur a formis non admittentibus contraria, neq; magis et minus. qualia sunt generare et generari, legere et legi, scribere et scribi &c. Reliqua prædicamenta 4. singula singulis exemplis Artes illustrat.

Cap. X. Pacij.

CAPUT VII.

Pars libri tertia in qua agitur de Postprædicamentis quæ sunt quinque. Oppositum, Prius, Simul, Motus et Habere. Hoc caput agit de Oppositis. Quod commode potest dividi in partes tres. In prima dividuntur opposita et definiuntur. In 2da species oppositorum conferuntur, potissimum autem Privativum et Contradictoria. In 3tia traduntur proprietates seu conditiones quædam oppositioni contraria. Jam de Oppositis. 1ma cap. pars. Hoc autem loco enumerat 4. Species oppositorum.

Argum. cap. et divisio.

1ma Species Oppositorum. definitur.

Quæcunque igitur. Definit Relative opposita, simulque distinguit eadem a Contrarijs. Definitio Relative oppositorum eadem est, quæ fuit olim et Relatorum tradita cap. 4. Sic pater opponitur filio: quia quicquid est pater, dicitur esse filij pater, et contra. Discrimen rursum inter Relative opposita est huiusmodi. quod relative opposita dicuntur esse eorum, quibus opponuntur, aut cum quibus conferuntur: ut Pater dicitur esse filij, præceptor discipuli, duplum dimidij &c. Contraria vero non dicuntur esse eorum quorum sunt Contraria; sed potius dicuntur sibi esse adinvicem contraria: neq; ni bonum dicitur esse mali bonum; sed potius malo Contrarium, quemadmodum etiam malo dicimus bonum Contrarium.

2da. Species Oppositorum.

Quæcunque vero. Dividit Contraria. S. E. Contrariorum alia sunt, quæ nullum habent Medium, sed posito eorum proprio subiecto. alterum ex ijs necessum est ipsi inesse. E. F.

Par. 3ia

Par et impar, aegrum item et sanum, Alia item sunt quae habent medium. non est quod necesse alterum eorum ei inesse. qualia sunt album et nigrum. In non nullis igitur.

Contraria aplicia.

Subdivisio Contrariorum habentium medium, nam illud medium aliud est quasi positivum, quod utroque extremo participat, uti medius color, nimirum viridis, rubeus, puniceus &c: Aliud quasi negativum, quod scilicet consistit in negatione extremorum, qualis est in differentia, quae medium tenet, inter utrumque extremum negans; atque idcirco huic medio non est impositum nomen; sed per negationem extremorum a nobis concipitur: Quemadmodum puer dicitur nec iustus, nec iniustus, similiter nec bonus nec malus.

Mediata deinde duplicia.

Privatio autem. Describit tertiam speciem oppositorum et in abstracto, et in concreto, ut tanto illustrior sit. Atque in abstracto quidem hoc modo. Habitus et Privatio nata sunt fieri circa idem aliquid. Ut autem hoc intelligatur. Sciendum est quod Contraria versantur quoque circa idem subiectum; tum non semper circa idem specie subiectum, vel numero, sed circa subiectum idem genere, ut constat in albo et nigro, item in calido et frigido, quae versantur circa corpus, quod est genus, at non in eadem corporis specie nec in eodem corpore numero. Porro Habitus et Privatio fiunt circa subiectum idem specie et numero, uti caecitas et aspectus semper circa oculum, et in oculo, in quo est aspectus, ibi caecitas inesse nata est.

Itia species oppositorum. quid. in abstracto.

Tunc vero dicimus. Eandem oppositionem definit in concreto. S. E. Privari, vel privatum esse illud dicitur quod caret habitu vel forma, quam habere natum est. atque eo tempore quo natum est habere. Ex his collige duo requiri. Ut aliquod subiectum dicatur esse privatum. Primum ut careat forma vel habitu, quem habere natum est: non ut lapis dicitur caecus licet visu careat, cum non sit natus habere visum, cuius privatio est caecitas.

Eadem in concreto quid.

Observa. primo

Secundo requiritur.

Ido. Secundo requiritur Circumstantia temporis nempe ut eo tpe care:
at, quo natum est habere. Exemplum sit in Catulo, ante nonum
diem natiuitatis, item de puero recens nato: Etenim Catulus etsi
ante nonum diem visu careat. non tamen proprie dr Cæcus,
qm adhuc eo tpe non est aptus ad videndum. Similiter pu:
er recens natus, non potest dici edentulus ob eadem causam.

Privationis et Habitus discrimen.

Iam vero priuatum ee. Docet deinceps Artes Priua:
tionem et Habitum aliud esse, si in abstracto sumatur et aliud
si in concreto. nimirum aliud est ipse Habitus, et aliud Ha:
bitu esse præditum. Item aliud ipsa Priuatio, et aliud Priuatum
esse. Hoc probatur rpbr Primo sic. Habere aspectum diuersum
est ab ipso aspectu, cum illud connotet subiectum, in quo inhæret
forma hæc, quam vocamus aspectum; aspectus vero solam formam
seu potentiam appiciendi præcise sumptam. Similr Cæcitas,
et cæcum esse diuersa sunt. Nam cæcum esse connotat sub:
iectum cæcitate affectum, Cæcitas aut solam aspectus carentiam.
Utrumque istud aut ita se habent, ut vnum eorum sit Habitus
vel Priuatio, alterum autem Habitu esse præditum, vel priuatum
esse. Igr Habitus et Habitu præditum esse, item Priuatio et
Priuatum esse diuersa sunt. Pbr Ido. Si cæcitas et cæcum
esse idem essent, proculdubio prædicarentur de eadem re: hoc
est falsum. Ergo et illud. Pbr Assumptio: cum ni vera
sit prædicatio hæc homo est cæcus; falsa tn illa. Homo
est Cæcitas. Idem de Cæteris omnibus similiter dicendum est.

Probatur. 1mo

Ido. pbr.

Sed et hæc Priuatum ee. Discrimine adducto inter
Habitum, et id quod est præditum esse habitu. Similiter inter
Priuationem et id quod est priuatum esse. adducit deinceps
conuenientiam earundem. S. E. Quemadmodum Habitus in abstra:
cto, opponitur Priuationi in abstracto. Ita Habitus in concreto
opponitur Priuationi in concreto. S. G. Aspectui opponi:
tur Cæcitas: ut habenti aspectum opponitur Cæcus.

Conuenientia Eorundem.

Id quoque quod

Id quoque quod. Descendit ad eam oppositionem qua opponitur Affirmatio Negationi, vulgo Contradictionem vocamus. de hac oppositione duo Aristoteles ait. Primo docens non esse idem affirmationem aut negationem. Hoc ita probat. Affirmatio et negatio sunt orationes. Res autem designatae affirmantibus aut negantibus non sunt orationes. Ergo Affirmatio et Negatio, non sunt id quod res assignatae per Affirmationem et negationem. Ideo vero docet res designatas per affirmationes et negationes, eodem modo opponi, quo opponuntur Affirmationes et Negationes. Ex priori membro colliges propositiones seu Enuntiationes non esse in rebus sed tantum in vocibus aut scripturis aut conceptu. Ex posteriori rursum colliges oppositionem non solum in vocibus sed tanto magis in ipsis rebus inveniri. Voces ni sunt oppositae propterea quia sciunt res oppositas: non autem contra.

4ta Species Oppositorum.

Privationem autem et Habitum. Pars cap. 2da.

in qua conferuntur ad invicem oppositionum species. Confert autem primo oppositionem Relativam cum Privativa. S. E. Alia est oppositio Privativa et alia Relativa. Id probatur 2ptr. 1mo quia Relative opposita dicuntur esse aliorum. Veluti pater dicitur esse filii: Privative autem opposita non item Veluti Caecitas non dicitur aspectus Caecitas, sed potius Privatio aspectus. deinde quia Relative opposita reciprocantur. privative autem opposita minime.

Collatio Privative cum Relative oppositis.

Ne quidem ut Contraria.

Adfert deinde oppositionem privativam cum Contraria, distinguens hanc ab illa 2ptr. Primo sic. Contraria aut sunt mediata, aut immediata. Atque privative opposita nec sunt Contraria mediata, neque immediata. Ergo privative opposita non sunt Contraria. Non sunt immediata propterea, quia horum alterutrum necesse est semper inesse subiecto ad recipiendum apto, quod in privative oppositis non est.

Collatio Privativa cum Contraria.

Mediata rursum.

Probatur. Mediata rursum propterea quia haec sunt vel istiusmodi quorum neutrum necesse inesse proprio subiecto, non ni necesse est ut corpori misto semper insit albedo aut nigredo, quandoquidem medio colore affici possit. Vel quae naturaliter insunt, hoc est unum eorum inest alicui determinate. non autem alterus trum: quo pacto calor inest igni, ita ut nunquam ignis sit naturaliter frigidus, albedo item cygno, nigredo corvi, atque neutrum istud potest cadere in privative opposita: ergo privative opposita non sunt contraria. Quod non primum probatur.

Quae privative opposita eam habent naturam, ut unum eorum necessario insit rebus subiectis. Non idem. Quae privative opposita, ita se habent ad sua subiecta, ut utrumque eorum possit illis inesse non autem necessario et definite alterum.

Idem ideo probatur. Quare manifestum est. Probat ideo idipsum. S. E.

Quae contraria eam habent conditionem ut subiectum cui insunt illa, ab uno ex iis possit transferri ad alterum, reciprocata commutatione. Nam ex aqua frigida potest fieri calida, et rursum ex calida frigida, quod in privativis non est, nam quamvis Petrus ex vidente potest fieri caecus, non tamen ex caeco videns. Quandoque a privatione ad habitum non datur regressus.

a privatione ad habitum non datur regressus.

Observa. Observa tamen commutationem reciprocam contrariorum non inveniri in illis contrariis, quorum unum determinate inest alteri subiecto: neque ni ignis caliditate sua abiecta, potest fieri frigidus.

Collatio contradictoriae oppositionis cum aliis et proprium. Quae vero opponuntur. Confert oppositionem contradictoriam cum caeteris, a quibus eam distare probat hac ratione. quia in contradictoria oppositione necessum est, ut unum extremum sit verum, et alterum falsum, hoc est si affirmatio fuerit vera. E. G. Homo est animal, negatio erit falsa nimirum homo non est animal. Vel etiam si affirmatio fuerit falsa, veluti homo est lapis negatio futura est vera. Homo non est lapis, quod in aliis oppositionum speciebus non est.

sive ille sumatur

sive illæ sumantur incomplexæ, veluti bonum, malum, videns, cæcum, præceptor, discipulus; sive etiam complexæ. Ut Socrates est bonus. Socrates est malus. Socrates est videns. Socrates est cæcus. Socrates est præceptor, Socrates est discipulus. Incomplexæ quidem propterea quia in ijs quæ incomplexa sunt, nulla veritas, neque falsitas includitur, ut ante Aristoteles lib. Categoriarum cap. 1. et de Interpretatione. Complexæ vero propterea, quia ambo extremæ possunt esse simul falsæ. E.g. Socrates est bonus, Socrates est malus, ambæ falsæ sunt, si dicantur de Socrate non existente.

Bono Contrarium. Pars cap. 3. In qua proprietates seu Conditiones Contrariorum traduntur 5. In quarum ~~proprietas~~ prima est hæc. bono necessario contrarium est malum, malo vero et bonum et malum. Sensus huius proprietatis hic est. Si bonum aliquod habeat Contrarium (non omnia ri contrarium admittunt) illud non potest esse aliud nisi malum, cum tamen mali contrarium, non tamen sit bonum aliquod, sed etiam malum aliud. E.g. Timiditas est malum, cui contraria est fortitudo, quæ ex genere bonorum est, adhuc tamen eidem timiditati contraria est audacia, quæ est ex genere malorum. fortitudo autem cum sit bonum, non habet contrarium nisi malum nimirum vel audaciam, quæ est in excessu, vel timiditas, quæ est in defectu.

cap. XI. Pacij

1ma proprietas Contrariorum.

Præterea non necesse Proprietas ~~Tertia~~ Contraria ita se habent ut unum possit existere sine altero in rerum natura. E.g. possunt esse res albæ non existentibus nigris.

2da proprietas.

Præterea si Socrate. Proprietas 3tia. Contraria non possunt esse simul in eodem subiecto. sed idem homo cum sit sanus non potest esse simul æger. Et idem paries cum sit albus, non potest esse simul niger.

3tia proprietas.

Observa hanc.

Observatio Observa hanc proprietatem, valere in ijs contrarijs quae denominant subiectum. Manifestum vero est Proprietas 4ta.

4ta proprietas. Contraria possunt fieri circa idem genere vel specie, E. G. Album et Nigrum sunt circa idem corpus mixtum, similiter virtus et vitium, circa animam rationalem.

5ta proprietas. Necesse est. Proprietas 5. Omnia contraria vel sunt sub eodem genere, veluti albedo et nigredo, sub colore vel sunt sub contrarijs generibus. Veluti Justitia et Iniustitia, haec sit sub vitio, illa sub virtute. quae genera sunt contraria, vel sunt ipsa genera contraria. Ut virtus vitium.

Cap. XII. Pacij.

CAPUT VIII.

Argum cap. Adducuntur 5 modi, secundum quos aliquid, aliquo est vel dicitur esse prius. Primum Modus primus. Illud prius dicitur

1mus modus Prioris. quod est antiquus, et vetustius. Sic Romulus dicitur esse prior quam Lechus et Respublica Romana quam Polona.

2dus modus. Secundo. Modus 2dus. Illud est prius, quod in consecutione non reciprocatur, per quam rem esse colligimus. Sic unum prius est duobus. Etenim positis duobus, ponitur et ipsum unum, uno autem posito, non ponuntur duo.

3tius modus. Tertio ratione. Modus 3tius sumptus ex ratione ordinis. Quaedam ri sunt priora ordine. quemadmodum in scientijs tradendis. talis est constitutus ordo. Ut principia seu praemissae sunt priores conclusionibus, eorumque notitia prius sit tradenda. In Grammatica similiter priores sunt literae, quam syllabae, et syllabae quam dictiones, quae denique quam oratio.

4tus modus. Praeter ea quae Modus 4tus. Illud est prius quod est honore dignius. Sic rex est prior senatore, qui honore dignior. Senator item equite ob eandem causam.

5tus modus Eorum ri quae. Modus 5tus. quo unum altero dicitur esse prius, illud quod ita cum eo convertitur, ut sit illius causa. Hic modus invenitur inter enuntiationem et rem enuntiatione scitam.

Vere ri convertuntur

Vere ri conuertuntur Hoem ee. et Enuntiatione id scantem. attamen hoem esse, hoc est rem esse est causa Vt Enuntiatio affirmans hoem esse, sit Vera; ab eo etenim, quod res est, Vel non est. Enuntiatio dr Vera Vel falsa. E. G. Qa reuera hoo est animal, ideo etiam Enuntiatio idipsum scans est Vera; Contra qa res E. G. Cerberus est, repugnat Veritati. Enuntiatio Vero affirmans Cerber esse repugnat Veritati, Atq ppterea Prius est esse rem quam Veritas Enuntiationis

CAPVT IX. De Modis simul. Cap. XIII. Pacij

Docetur tribus modis aliqd esse simul. Simul autem Modus I. Illa dnr esse simul mxe pprie quae eodem tpe orta sunt. Quemadm. gemelli eodem tpe orti. simul esse dicuntur. 1mus modus.

Natura Vero. Modus II. Aliqua dnr simul esse a natura, ea scilt quae mutuo reciprocantur. et neutrum est causa alterius. E. G. duplum cum dimidio est simul, pater cum filio adeoq relata omnia, quae secum reciprocantur. non tn Vnum eorum est Causa alterius: quamuis ri pater produxit filium, proindeq pater est causa filij: non tn scdm formalem roem patris et filij. Nam eiusmodi relationes sequuntur generationes, scdm Materiale roem hois Vnde solum ex hoc fit. nunc hoem generantem, priorem esse hoc hoe genito; nunquam tamen pater prior est filio. sed ambo sunt simul Natura. 2dus modus.

Ea quoq Modus III. Ea sunt simul, quae in eiusdem generis diuisione inuicem sibi opponuntur. sic sunt simul diffa idem proximum genus diuidentes. 3tius modus

CAPVT X. De Motu. Cap. XIV. Pacij

Duo hic agitur

Argtm cap. Duo hic aguntur primo species Motus exponuntur. deinde docetur. quid sit Contrarium Motui, et singulis eius Speciebus.

6. Species Motus. Motus Species A. Pars cap. 1. in qua numerantur 6 Species Motus. Videlicet Generatio, Corruptio, (qui oriuntur ex Substantia) Accretio et imminutio (qui oriuntur ex Quantitate) Commutatio seu Alteratio (qui ex Qualitate) Et secundum locum mutatio. (qui oritur ex Ubi).

Discrimen Specierum motus. Alias igitur. Qa inter oes alias species Motus, excepta sola Commutatione, manifestum est discrimen, ideo Artes docet Commutationem diversam omnino speciem Motus constituere hac roe. Qa nimirum res commutantur, quamvis non generentur, neque corrumpantur, neque augeantur. neque imminuantur. neque ad extremum secdm locum mutentur. Jam certissimum est indicium diversitatis rerum. si Una esse pt sine altera. Atque de cæteris quidem Speciebus motus, nimirum generatione, Corruptione, et secdm locum Mutatione manifestum est, quod ab ijs Commutatio differat; de sola Accretione maxime dubitatur, quæ commutationi semper coniuncta esse videtur: Oportet ri alimentum in substantiam aliti convertendum disponi commutatione, et rursum Corpus, quod augetur, cum maius fiat, extendit se ad maiorem locum occupandum, quapropter secdm locum moveri illud necesse est.

Commutationis et Accretionis discrimen. Probat tamen Artes Commutationem omnino esse distinctam ab Accretione idque exemplo quod Geometriæ quadrati, in qua cuius latera producto diametro fiunt duo quadranguli appellantur supplementa. parvum vero quadratum simul cum quadrangulis sumptum dr Gnomon.

In tali descriptione crescit quidem quadratum; et crescit sine Commutatione. Quare separatur Accretio a Commutatione. atque adeo Commutatio constituit distinctam Speciem Motus.

Jam vero simpliciter. Pars cap. 2da. Cuius hic sensus est.
Motus communiter consideratus unum habet contrarium, nimirum quietem. particulariter vero consideratus, hoc est iuxta singulas species, 2plex habet contrarium. Unum quidem commune et generale alterum vero speciale. Namque si generatio consideretur sub ratione motus in substantia, opponitur ei quies in substantia. Si vero consideretur, prout est talis species motus, tum habet oppositam corruptionem. Similiter accretio quatenus est motus ad quantitatem, habet contrariam quietem in quantitate: at secundum peculiarem rationem accretionis, quae est ad maiorem quantitatem, tum habet contrariam imminutionem. Commutatio praeterea, ut est motus in qualitate, habet contrariam quietem in qualitate, veluti dealbatio denigrationi, calefactio frigefactioni. Mutatio denique secundum locum, habet contrariam quietem in loco si communiter sumatur. Sin vero particulariter, tum motui sursum contrarius est motus deorsum.

Motus contraria secundum diversam considerationem sunt multa.
Generationis. Quies et corruptio.
Accretionis. Quies et imminutio.
Commutationis. et
Secundum locum mutationis.

CAPUT XI.

De Modis Habendi.

Adducuntur 7. Modi, iuxta quos dicimur aliquid habere.
Vel ri ut habitum I. modus. Habemus aliquid ut qualitatem puta vel scientiam, vel iustitiam, vel aptitudinem ad ridendum. 1mus modus habendi.
Vel ut contum II. Modus. Habemus aliquid ut quantitatem puta longitudinem tricubitalem. 2us.
Vel ut ea quae circa corpus. III. Modus. Dicimur habere ea quae circa corpus sunt: sic habemus vestem. 3tius.
Vel ut in parte. IV. Modus. Ut annulum in digito. 4tus.
Vel tanquam V. Modus. Ut manum habere. 5tus.
Vel ut in vase. VI. Modus. Vel ut pos. VII. Modus. 6tus.

Dicitur etiam

Ultimus. Dr etiam. Scies modum tertium, et 4tum tantum, pertinere ad Categoriam Habere. Alij ri referuntur ad alias Categorias.

SENTENTIA STOICORUM
De Praedicamentis.

Tractatio praedicamentorum referenda est apud Stoicos ad eum locum, qui inscribitur περὶ πραγμάτων. hoc est de Rebus. quas illi non ad decem summa genera revocarunt. quemadmodum fecit Artes. Secutus Aristam Pythagoreum, sed ad 4. duntaxat. Qua de re sic ait Simplicius scribens in Categorias Artis: Stoici aut in minorem summam contrahendo sentiunt primorum generum numerum: Et Ubi minuerunt quaedam et deminutis mutata assumunt. Faciunt ri distinctionem in 4. genera: In Subiecta, et Qualia, Et quodammodo se habentia. Et ad aliquid quodammodo se habentia.

Divisio Categoriarum secundum Stoicos.

Supra 4. autem ista rerum genera. sumunt summum et primum omnium, non tantum Entium, sed etiam non Entium. Genus 2o 2i id est Aliquid. dicebant ri quod et haec quae non sunt rerum natura complectitur. quae animo succurrunt, tanquam Centauri, Gigantes, et quicquid aliud falsa cogitatione formatum, habere aliquam imaginem cepit, quamvis non habeat substantiam, Auctor Seneca Epist. 59.

1m genus Aliquid. generalissimum.

Primum ergo genus rerum a Stoicis Subiectum, quod Graecis dr ὑποκείμενον, simile Substantiae Peripateticorum, quam vocant οὐσίαν. Hoc solum Subiectum censebant Stoici existere, nimirum Ens esse existimaverunt. quod etiam uplex esse censuerunt, Ut colligitur ex Simplicio. qui in Categorias Artis scribens ita ait.

1m est Subiectum.

idque Duplex.

Nam et qualitate.

Nam et qualitate carens Materia, quam potestate vocat Artes.
Primum est Subiecti significatum: Secundum autem ipsum quale
Commune. Clarius adhuc eadem de re Vexippus lib. II. cap. 21.
in Categ. Artis. Subiectum inquit et ex Stoicorum et antiquorum
sententia 2plex est. Unum quod dicitur primum Subiectum cuiusmodi 1m.
est Qualitate omni carens materia, quam potestate Corpus Artes
appellat: Alterum id quod qualitate affectum est. cuiusmodi 2dm
est aes, et Socrates ijsque ipsis insunt, aut de ipsis praedicantur
hactenus Vexippus. Prius ergo Subiectum, hoc est materiam
primam vocabant. Stoici esse Corpus quod definiebant esse tri:
nam dimensionem, videlicet Longitudinem, latitudinem, et profunditatem.

Secundum genus. Quale τὸ ποῖον, quod nihil aliud est 2dm genus
quam Materia seu Subiectum, Qualitati coniunctum quae Graece Quale.
dicitur ποιότης. Qualium autem naturam eam esse dixerunt Stoici,
ut nullam haberent subsistentiam: non ni sunt sine Materia, aut
sine ijs quae qualia sunt. Easdem qualitates, rerum corporalium Divisio et
dicebant esse Corporales, et incorporalium incorporales. Adhuc nomina
Qualitates appellabant Habitus Graece ἕκτα. eo quod haberi pos:
sunt. Postea vero id nomen traductum est etiam ad Schesis
hoc est ad alias habitudines seu affectiones velut proiectio:
nem, et ad motus: qualis est ambulatio, atque ad constitues com:
positas ex motibus atque habitudinibus. Qualis est Saltatio.

Praeterea adhuc eas Qualitates quae sunt in genere Moti:
onum et habitudinum, quas neque motus volunt esse, neque etiam
habitudines, quale consideratur hoc ipsum, recte factum et
hoc ipsum peccatum. Rursum Quale nonnulli ex Stoicis
tritariam dividunt. et duo significata eius dicunt esse ampliora
quam et ipsa Qualitas. Unum autem aut unius partem parem 1m
esse qualitati. Primum itaque est Qualis, id quod habet
differentiam. sive sit Motum sive Habitum, et sive difficulter
auferri possit, sive facile.

Juxta id. scatum

Juxta id significatum non modo prudens sed etiam pugnum ex-
2dm. tendens, et curres sunt quales. Juxta aut alterum genus seu
scatum in quo non iam amplius Motus comprehendunt sed tm
habitudines. Id quale nihil aliud esse definierunt nisi quod
habet diffam habitudine praeditam qualis est prudens et
3tium. praecinctus, et ad pugnam paratus. Atq eorum Motus qui firmiter
habitudine diffae sunt praediti, alij vero adaequate ad men-
suram permutationis eorum considerationis alij autem non adaequate
quos omittebant. Eos aut qui adaequati essent et pares per-
manentesq, posuerunt esse quales. dicebant autem eos ad men-
suram suae enuntiationis adaequari, qui pares essent effecti, qua-
litati, ut Grammat. et prudentem, neq ri redundat, neq
deficit uterq eorum utra citraq qualitatem.
Respondet prius modus Qualitati Peripateticorum. Cum igr. ppter dicatur Quale. Qualitas adaequatur qua-
li. secdm postremum adaequatum qualis. Quapropter et
cum definiunt Qualem esse habitudinem eius quod est
Modi. Quale, hoc accipiendum in 2da significatione qualis. Uno ri
modo est Qualitas apud Stoicos, tribus aut ipsum Quale.
Commune Qualitatis genus, quod est rerum corporalium. dicunt
esse Stoici diffam substantiae. Admittunt quoq et aliud
Qualis genus nimirum potentiam et impotentiam, qui aht
et tribuit facultatem prudenter ambulandi, dicendi &c.
Proprietates. Ad extremum Proprietates qualitatis ita quoq explica-
bant. ut dicerent attributum esse Affectionum ut sint durabi-
liores ipso Habitu: asserebant ri Habitum intendi et remitti.
affectionem vero minime, atq propterea durabiliorem dispositi-
onem quam Habitum. Tertium genus
Itm. genus Quodammodo se habens. rerum est, quodammodo se habens. Graece to πολεχον distin-
guebant a qualibus. quod qualia essent circa Materiam.
Quodammodo aut se habens circa Qualia. Ad hoc 3tium
Vndet Quanto. genus rerum referebant omnia quanta, et Quantitates, harumq
species et genera, locum, tempus, et quasdam species qualitatis,
hoc est signum

hoc est figuram et formam. tum Agere. Pati. Item situ esse et Habere. Quartum genus est Quodammodo ad aliquid se habens, Graece τὸ πρὸς τι ἔχον. Id Stoici diuidebant in duas species. Primam appellabant πρὸς τὶ. hoc est ad aliquid. alteram vero πρὸς τινος ἐχῶν. hoc est ad aliquid quodammodo se habens. Illa quae sunt ad aliquid, dicebant opponi his quae sunt absoluta. Illa vero quae ad aliquid quodammodo se habens, iis quae habent differentiam. E. G. ad aliquid dicebant esse dulce et amarum, quodammodo ad aliquid se habentia dextrum et sinistrum et his similia. Differentiam autem habere, iuxta eorum sententiam illa dicebantur, quae sunt insignita aliqua forma. In summa ad aliquid ea esse dicebant, quae suo proprio charactere et nota respectum habent ad aliud. Ad aliquid quodammodo se habentia, illa quae solent accidere alicui, sed non accidere nisi mutatione facta eorum quae circa ipsa sunt, cum respectu tamen ad aliquid extraneum. Namque si quando quidpiam differentiam affectum ad alterum respectum habeat, id solum erit ad aliquid, qualis est habitus, et scientia et sensus. Si vero quando non ex inhaerente differentia, sed in nuda ad alterum habitudine spectatur tum erit ad aliquid quodammodo se habens. Nam filius et dexter ad id, ut consistant opus habent aliquibus extraneis, quapropter nulla etiam mutatione facta in eis non iam amplius Pater fuerit mortuo filio, et dexter non erit postquam surrexerit. is qui assidet. dulce autem et amarum non erunt alia, nisi simul mutetur et potestas illorum.

Aristoteles Stagirites.

4tum Genus Quodammodo ad aliquid se habens. & Diuisio illius

Exemplo illustratur

IN LIBRVM ARISTOTELIS
De Interpretatione Notae.

Argum libri. Hic demum Liber est verè et proprie Logicus, atque in ordine aliorum primus. Vere Logicus propterea, quia totus consumitur in tradendis secundis notionibus, nimirum. Nomine, Verbo et Enuntiatione. Primus item propterea, qa respondet primae operationi intellectus, nimirum simplici apprehensioni, quatenus scilicet nomen et Verbum imponuntur rebus seu nominibus primarum notionum simplicibus. Respondet adhuc operationi intellectus secundae, hoc est Compositioni et Divisioni, quatenus Enuntiatio et species eius, affirmatio nimirum et negatio, imponuntur rebus primarum notionum, vel Compositis ut homo est al. vel divisis. Ut homo non est lapis. Antequam autem ad hunc librum explicandum aggrediamur, tria praefari lubet, primo quae sit ratio inscriptionis eius, Vdo quod sit obiectum. Tertio quae divisio

INSCRIPTIO.

Graece liber hic inscribitur περὶ ἑρμηνίας, hoc est de Interpretatione, quae nihil aliud est, quam declaratio eius, quod in mente habetur. Talis est secundum Ammonium et D. Thomam sola oratio Enuntians, uti quae sola mentis nostrae sensa declarat.

Interpretatio quid. Illa ri sola proprie dr interpretari aliquid, quae exponit aliquam veritatem aut falsitatem. quod fit per solam Enuntiantem orationem. Simplices vero partes Enuntiantis orationis nequaquam Interpretationis nomine insigniri possunt, cum nihil veri, neque falsi in se includant. Adde et voces quasdam seu notas quae naturaliter exprimunt aliquem animi affectum naturalem, quales sunt brutorum vel etiam hominum gemitus atque singultus, quia similiter, neque verum quicquam, neque falsum indicant.

indicant, imo neq partes sunt, ex quibus Enuntiatio componi:
tur, quae est verus mentis interpres.

Obiectum.

Expositio Inscriptionis ostendit quodammodo, quod nam sit obiectum huius libri: ipsa nimirum Interpretatio, seu Oratio Enuntiationis quae comprehendit ut simplicem quae vulgo Categorica dicitur ita et coniunctam. seu Hypothetica. Ita ni Artes dividit orationem Enuntiantem cap 4. huius libri. Cum ambae sint veri aut falsi significatrices. Quanquam id sciendum est, quod de Hypp. pauca Artes admodum tradiderit. de Cat. autem plurima, propterea quia haec principalis est Materia praesentis considerationis, et maxime ad finem construendorum Syllogismorum pertinet. Illius autem rarus est usus. Uti et Syllogismorum Hypoteticorum.

Obiectum huius libri quod.

Diuisio.

Graecos hac in re sequimur, q lib. περι ερμηνειας. Unum tamen faciunt, in nouem capita diuisum, quae possunt reuocari ad 6 partes. In prima reponitur caput 1. quod agit de Interpretatione Communiter sumpta. In 2da vero reponitur cap. 2dum et 3tium, quorum utrumque agit de Interpretationibus simplicibus Nomine scilicet et verbo. In tertia cap. 4tum. in quo agitur de oratione et Enuntiatione, atque huius partibus subiectiuis Affirmatione scilicet et Negatione. In 4ta comprehenduntur cap. 5tum sextum et septimum quae explicant Enuntiationes puras. In 5ta. octauum quod exponit rationem Enuntiationum Modificatarum. In 6ta et ultima nonum, quod complectitur solutionem cuiusdam quaestionis de Enuntiationibus Contrarijs.

Diuisio in 9 Capita et partes

CAPUT 1.

1ma lib. pars complectens tractationem Interpretationis in Communi sumptae huius duae partes. In prima comprehenditur Materia libri seu propositio dicendorum. in 2da agitur de scientione vocum et conceptuum.

Primum oportet

Primum oportet. Pars cap. prima. Quae igitur sub
Ida cap. pars, in qua agitur de scatione vocum et conceptuum.
hoc primum nota inter res tanquam ab obiectis. imprimuntur con:
Res exprimuntur ipsi. ceptus in mente quos exprimimus voce vel scripto. Voce quidem si agi:
mus cum praesentibus personis, Scripto vero si cum absentibus omni:
no tamen ut vox ita scriptum diriguntur ad rem significandam
mediantibus conceptibus. de vocum ergo scatione tria Aristoteles docet.
Doctrina de vocum scatione explex. Primo quod scat conceptus, et his mediantibus res ipsas. Ideo ondit
modum significandi vocum et conceptuum. Tertio. quo pacto se
habent eadem ad significationem veritatis aut falsitatis. quod
attinet ad primum id ita accipe. Voces ut interpretatur
Voces quomodo significant res D. Thomas, non significant suapte Natura conceptus nisi im:
positae sint ad significandum, unde vox ipsa absolute sum:
pta, habet se quasi materia nominis et verbi. Significatio
vero tanquam forma. bene igitur Nomina et verba, quibus affe:
ctus seu passiones animae significamus in voce esse dicuntur.
nimirum quasi ex voce adiuncta significatione coalescere.
Passiones animae hoc loci quid scent. Passionum autem seu affectuum nomine. non intelligit Aristoteles
affectus Naturales (quos etiam bruta significant per voces
quasdam inarticulatas) sed conceptus mentis, quos formamus
tum, cum rem percipimus. Vocat autem eos passiones animae,
Cur passiones dictae. propterea, quia in anima recipiuntur, eorumque receptio vocatur
quodammodo passio, quamvis animam perficiat talis passio,
non autem disponat ad corruptionem. Ergo voces sunt con:
ceptus. Rursus quod attinet ad 2dum id ita accipe.
Modus significandi conceptuum est naturalis, vocum et scripturarum
+ ~~sunt~~ aut ex arbitrio significans ~~ad ea quae~~ ipsas res ex libera hominum impositione.
Probat conceptus esse naturales. Probat Aristoteles primum sic. quia Natura hominum nominatas, caeterarumque
rerum nunquam variatur sed semper eodem modo se habet, cum
sit determinata ad unum. atque idcirco apud omnes est eadem.

Semper ni ipsi

Semper ri ignis calefacit, semper sursum tendit, semper urit. Unde sequitur quod ea quae naturalia sunt, eadem semper sunt apud omnes, sed conceptus quemadmodum et res ipsae quae conceptibus sentiuntur, ydem sunt apud omnes non quidem numeri identitate (haec ri reperiatur pro diversitate hominum) seu significatione seu modo significandi. Ergo conceptus sunt naturales. Probatur 2do. si naturalia sunt eadem apud omnes, sequitur ea non esse naturalia, quae apud diversas nationes diversae sunt. Ergo non sunt naturales, sed ex arbitrio hominum rebus impositae. Maior ab oppositis. minor probatur Inductione. quia ut voce ita et scriptura diversa exprimitur. homo apud Latinos diversa, apud Graecos, diversa apud alios. Quod denique attinet ad tertium eius explicatio haec esto quemadmodum operatio intellectus duplex est. nimirum simplicium apprehensio quae nihil veri et falsi habet et compositio atque divisio, quam proprie veram aut falsam appellamus; ita etiam conceptus et voces simplices quae respondent simplicium apprehensioni veri et falsi; et non sunt capaces; contra voces compositae seu divisae, conceptus item compositi seu divisi, dicuntur veri et falsi, quandoque respondent secundae operationi intellectus in qua cadit veritas et falsitas

Conceptus apud omnes homines similes sunt.

Probat voces ex arbitrio impositas esse.

Primum probat

Simplices conceptus nec sunt veri nec falsi.

Contra compositi.

CAPUT II. De Nomine

Secunda lib. pars in qua agit de partibus orationis, enuntiationis seu interpretationis. praesenti aut cap. agitur de nomine.

Argumentum cap. 2di.

Nomen igitur. Definitio Nominis. Huius prima pars est vox. per quam Nomen separatur a sonis inarticulatis ut naturalibus; ita instrumento alicuius artificis editis. Vox enim est sonus ab ore animalis prodiens cum imaginatione quadam, ut docet Aristoteles 2do de Anima, textu nonagesimo.

Nomen quid.

Vox quid

Altera pars.

Altera pars definitionis est significans per quam Nomen separatur a vocibus articulatis quidem, sed nihil significantibus, quales sunt blitiri, scindapsus &c: Tertia Ex instituto, per quam excluduntur voces naturaliter significantes, quales sunt gemitus, risus, rugitus &c. Quarta Sine tpe, per quam excluduntur verba, quae cum tpe significant. (quid autem sit significare cum tpe, vel sine tempore, sequ. cap. Artes ondet) Quinta. Cuius nulla pars separata scat. per quam discernit Nomen ab Oratione, cuius scilicet partes non minus scant separatè, quam coniunctè.

Definitionis particulae explicantur.

Non homo. A Definitione Nominis assignata excludit Nomina quaedam infinita, et casus obliquos, ut Stoici vocant. Est autem Infinitum Nomen illud, quod negativa particula est affectum. Veluti non homo, non Leo, non bos. &c

Infinitum Nomen quid.

Ideo autem excluduntur Nomina infinita, qa nihil determinatum significant, sed aequè se hnt ad Entia, quemadm. et ad non Entia. Nam recte dr Leo esse non homo. lapis non homo. Caelum non homo. Sphinx non homo. Hymera non homo. Cerberus non homo. imo nihil est non homo. Obliqui vero casus ideo: proprium ri est Nomini ut adiunctum verbo significet verum vel falsum; quod in casibus obliquis non est. Nomina autem appellanda non sunt, sed potius derivationes Nominis.

Cur excluditur simul cum Casibus obliquis.

Ratio.

CAPUT III. De Verbo.

Exponitur Natura verbi. Verbum autem. Definitio verbi circa quam illud nota. quod nonnullae particulae in definitione Nominis adductae etiam verbo conveniant nimirum vox significans ex instituto; praeter has tn aliae praesenti definoe adducuntur nimirum Tempus consignificat. et semper est signum eorum, quae de altero dicuntur. Circa primam particulam illud observa, quod nihil aliud sit, consignificare Tempus, nisi

Verbum quid.

connotare

connotare quo tpe fiat vel facta futuraue sit illa res quam verbum aliquo modo scat. Circa idam item nota, quod verbum est signum coniunctionis prædicati cum subiecto ita ut sensus sit. Nominum est officium subijci aut prædicari verbi aut utrumque copulare. et qa id verbum habet quatenus est vox scant copulationem ipsam intellectui repræsentat, manifestamque efficit. Et hoc pprie esse nota eorum quæ de altero prædicantur. ea cum subiectis coniungens simulque coniuncta ostendens quod in his ppositionibus manifestum est. Homo est albus homo est risibilis. in quibus verbum est coniungit prædicatum cum subiectis et coniunctionem ipsam significat, hoc est intellectui repræsentat. extrema coniuncta simul ei ostendens.

Particulæ definitionis explicantur.

Nominum et Verborum officium. quod.

Ipsa igr verba

Docet verbum cum Nomine conuenire in duobus. 1mo quod quemadmodum Nomen ita et verbum per se sumptum aut prolatum significat rem aliquam. Pbr. Nam qui audit verbum prolatum non tantum conceptum ipsius vocis, quem vocant non ultimum format, sed etiam conceptum rei, qui vr ultimus. Sed qui format ultimum conceptum quiescit nec ulterius progreditur, sicut ille qui solum tt conceptum vocis, quærens naturaliter conceptum rei. Ergo verè conueniunt in eo Nomen et verbum, ut scst per se sumpta sint signa rei quarum conceptus in animo audientis imprimunt. 2do. quod ut Nomen per se sumptum nihil verum vel falsum significat, ita et verbum per se sumptum. Pbr. Nam si aliquod verbum per se sumptum significaret verum et falsum, tale esset maxime verbum substantiuum est. ut pote omnium absolutissimum, quod tn falsum est, quandoque veritas et falsitas non inueniatur, nisi in compositione aut diuisione, per quam nimirum enuntiatur aliquid esse vel non esse.

Conuenientia Nominis cum verbo. 2plex. 1ma

2da

Veritas et falsitas in quibus inuenitur.

Porro Vbum substantiuum

Est. verbum nihil per se significat.

Porro verbum substantivum est per se sumptum nihil est. hoc est non importat talem compositionem aut divisionem, quam praeter extrema. hoc est praeter subiectum et attributum propositionis assignare non possimus. Ergo nec verum nec falsum significabit.

CAPUT IV. de Oratione.

Tertia lib. pars, quae agit de Oratione et Enuntiatione, partibusque eiusdem.

Oratio quid.

Oratio est vox. Affert definitionem Orationis. S.S. Oratio est vox ex instituto significans, cuius pars aliqua separata significat aliquid, ut dictio, non autem ut affirmatio aut negatio. In hac definitione, extrema particula, nimirum cuius aliqua pars etc. separat orationem a Nomine et Verbo ibi ni partes separatae nihil significant; hic autem significant, ita tamen ut significatio partium orationis sit incomplexa et simplex, ad unam scilicet rem ordinata. Non autem complexa, quae nimirum compositionem aut divisionem, seu affirmationem seu negationem importet. Jam vero

Discrimen a Nomine et Verbo.

Ipter pleniorem explicationem Orationis ostendit adhuc Artes, quae nam sit Natura. hoc est signum Orationis: ex institutione an ex natura scilicet. Namque circa modum significandi orationum verarum antiqui, quemadmodum manifestum est ex Cratillo Platonis. Ubi asseritur Orationem Naturaliter significare, propterea, quia potentia Orationis, per quam conceptus nostros aliis exponimus est naturalis: Ergo instrumenta eius sunt etiam Naturalia: sed oratio eiusque partes sunt instrumenta eius potentiae naturalis, quibus utimur ad explicandos conceptus nostros. Ergo oratio et partes eius Naturaliter significabunt, et non ex instituto. Ut Ergo hunc errorem excludat Artes docet Orationem non scire ut instrumentum Naturale, sed potius ex hominum instituto.

Occupatio obiectionis contra definitionem Orationis

Argumentum autem huius re

Argumentum aut huius rei sumpsit ex lib. 2do de Anima cap. 8. Ubi ait instrumenta dicendi esse pulmonem, gutur, palatum, linguam, et dentes, quibus voces humanae formantur. Formatae vero ad significandas res imponuntur. Ex ijsdemque impositis tanquam ex effectis instrumentorum naturalium, ipsa ratio conficit Orationem. Non aliter quam Ars conficit domum praesuppositis lignis et lapidibus: quapropter res est potius per artem impositionis facta, quam naturalis, ex liberoque hominum arbitrio significans cum suis partibus. Instrumenta dicendi.

Enunciativa aut. Postquam attulit definitionem Orationis. adfert quoque definitionem Enunciationis, quae est eius species, idque per tacitam Orationis divisionem, quemadmodum D. Thomas bene advertit. Divisio ergo Orationis ita fit. Oratio est duplex. Alia ri est Enuncians, et alia non Enuncians. Enuncians est, quae aliquid veri aut falsi scat. E. G. Petrus est homo. Aristoteles est Phus. Oratio autem non Enuncians est, quae ut veri ita falsi expers est. Ad hanc Orationem non Enunciantem revocantur omnes orationes exhortantes, invocantes, optantes, deprecantes, et aliae istis similes, quae ad Dialecticum non pertinent, sed potius ad Oratores, Poetas, Historicos, Grammaticos. Orationis Divisio. Enuncians quid. Non Enuncians quid. et quae sub illa contineantur.

Prima aut. Dividit deinceps Orationem Enunciantem, quae sola ad Dialecticum pertinet. Haec duplex est. Alia quae dicitur una, alia quae multae. Rursus Oratio Enuncians una. alia est una simpliciter, cuius species sunt Affirmatio et Negatio. Alia aut est una Coniunctione. Cap. V. Sacii. Divisio Orationis Enunciantis et Subdivisio Unius.

Sed bene oratio Antequam explicet Naturam Specierum orationis Enunciantis, docet primo Artes ex quibus nam Oratio Enuncians componatur. — S. G. Oratio Enuncians omnis componitur ex verbo, aut casu verbi (intellige tamen ex verbo aut casu modi Indicativi, praeterea ex Nomine. quandoque ex uno Compositio non fiat. Compositio Orationis Enunciantis.

Compositio non fiat) id declarat exemplo definitionis, quae est quidem oratio, eaque una; nondum tamen est enuncians, nisi addat ei verbum.

Enuntiatio una quid.

Est autem una. Exponit tandem, quid sit enuntiatio una, quae scilicet unum significat. E. G. Homo est animal: aut quae est coniunctione una, quamvis plura significet. E. G. Homo est rationalis et aptum ad ridendum. E contrario etiam duplex est enuntiatio multae: una est quae plura scilicet cuiusmodi est illa quae terminis aequivocis constat. Ut canis latrat; altera, quae est sine coniunctione: Ut homo est animal. lapis est gravis.

Enuntiationis multae divisio.

Ergo Nomen. Ne forsan aliquis suspicetur. Nomen aut verbum esse enunciationem unam. propter scilicet unam explicat Aristoteles, quo pacto enunciatio dicatur una, ab una significatione, nimirum quia affirmando aut negando unum aliquid de alio significat; Nomen autem et verbum, significant unam aliquam Naturam, quae est citra omnem affirmationem et negationem.

Occupatio

&

Ex tacita hac obiectione soluta prosequitur Aristoteles divisionem enunciationis, quae est subdivisio prioris membri, primae divisionis. ita ut dicat enunciationem unam. aliam esse simplicem. quae scilicet unum aliquid de uno enunciat. Ut homo est animal. Aliam autem compositam, quae plures simplices enunciationes coniunctione aliqua unitas complectitur. Ut homo est albus et equus est hinnibilis.

Solutio.

Enuntiationis unae subdivisio.

cap. VI.

Affirmatio est. Ultima divisio enunciationis. E. G. Oratio enuncians alia est affirmans, in qua scilicet aliquid de aliquo dicitur. Ut homo est animal. alia negans in qua aliquid removetur ab aliquo. Ut homo non est lapis.

Enuntiationis orationis divisio.

Quia vero quod. Agit tandem Aristoteles de contradictione quae invenitur inter propositiones affirmantes et negantes. Antequam autem contradictionis Naturam explicet, praemittit modos quatuor quibus unum de altero potest dici. Horum primus est.

Si enunciemus.

Si enunciemus non esse id quod est, Ut Homo non est rōalis. Idq Modi 4. quibus unus de altero dici potest.
Si enunciemus esse id quod non est. Ut Homo est Lapis. Tertius.
Si enunciemus esse id quod est Ut Homo est rōalis. Quartus.
Si enunciemus non esse id quod non est: Ut homo non est lapis.

Ex istis modis duo priores constituunt Enunciationes falsas. posteriores vero veras. Rō. Nam ab eo quod res est aut non est Enunciatio dr̄ vera aut falsa; Atq priores modi duo Enunciant rem aliter, atq est: posteriores autem sicut est. Igr̄ priores modi faciunt falsas Enunciationes. posteriores autē duo veras. Atq hoc est Contradictio.

Ex ijs quæ dicta sunt duo infert. Primum omnino verū esse Ut quicqd de aliquo affirmatur idipsum etiam possit negari, et quicqd negatur de aliquo, idipsum etiam affirmari de eodem poterit. Idm. Perpetua et Universalis lex est Contradictionis. Ut affirmatio contradicat Negationi et Negatio affirmōi dummodo utraq constet eodē subiecto. eodēq attributo utrisq Univocis. Ex his talem ad extremum Contradictionis definitionem elicere poteris: Contradictio est affirmatio et Negatio eiusdē attributi Univoci de eodē subiecto Univoco. Corolaria duo. Contradictio quid.

CAPVT V.

Cap. Pacij VII.

Pars libri 4ta. Præsenti aut cap. tria Artes agit. 1mo dividit Enunciationē secūdm Quantitatem. Ut vulgo vocant. simulq assignat oppositiones Enunciationū. 2do tradit regulas veritatis et falsitatis Enunciationū oppositarū. 3tio docet quid sit affirmatio aut Negatio Divina et quid plures. Argtm cap.

Qm aut. 1ma cap. pars. In hac aut vestigat divisionem Enunciationū ex divisione rerū. deinde oppositionē earūdē assignat. Res ita habet. Omnes res aut sunt Universales aut singulares. Universales sunt quæ suapte natura multas alias sub se Rerum divisio. Vntes quid.

alias sub se comprehendunt, de quibus dicuntur. E. G. Animal dr̄ res Universalis, q̄a comprehendit sub se multas alias res nimirum hoēm, equū, bovem ꝛc. Singulares vero sunt illæ quæ nullas alias sub se comprehendunt. ob idq̄ de nullis dici possunt. E. G. Erasmus, Andreas, Albertus. Q̄a ergo sunt res ꝯplices, Enunciationes quoq̄ erunt duplices: ita ut aliæ enunciationes sint Universales aliæ singulares. Universales sunt, quæ constant subiecto Universali. Veluti homo ē albus. Animal est sensus particeps ꝛc: Singulares aut̄ sunt, quarum subiectū est singulare Individuum, Veluti Petrus est homo. Paulus est Philosophus ꝛc: Universales rursum ꝯplices sunt. nam aliæ sunt definitæ quorū scilicet subiectum Universale designatum est signo Universali. Vel affirmativo. Ut omnis homo est iustus. Vel negativo. Ut nullus homo est iustus: Aliæ indefinitæ. quarū scilicet subiectum Universale nullo signo est determinatū, Veluti homo est albus. homo non est albus

Singulares qd.

Enuntiationum divisio.

Enuntiatio Vnitis quid.

Singularis quid.

Vnitium divisio in

Definitas ꝯ

Indefinitas.

Attributū aut̄. Docet signum Universale nequaquā debere adiungi Attributo Enunciationis alicuius. Rō. Si ri id fiat, tum Enunciatio nequaquā potest esse vera. E. G. Homo est omne Animal. Excipe tamen hinc Enunciationes illas in quibus attributum est æquale subiecto. ita ri recte dixeris Homo est omne risibile. item Equus est omne hinnibile.

Observa.

Dico igr̄ Affirmoēm. Tradit oppositionem quam vulgo Contradictoriam dicimus. Verum q̄a oppositionis species confuse ab Arte traduntur, non ab re factum erit, si in unum locū congerantur: Scies ergo præsenti capite tres adduci ab Arte oppositionis species: Una est Contraria, ad quam referuntur duæ propositiones Universales definitæ, quarū una est Aiens, altera Negans. Ut O. homo est iustus. X. homo est iustus. Altera est Subcontraria. ad quam referuntur duæ Enunciationes particulares.

Species oppositionis, quæ hic traduntur, 1ma

2da.

particulares, Vna negans altera affirmans Vt Quidam homo est iustus. quidam homo non est iustus. Tertia est Contradictoria quae complectitur duas Enunciationes. quarum Vna est Vniuersalis aiens, altera particularis Negans Vt omnis homo est iustus. quidam homo non est iustus. aut Vna Vniuersalis negans altera particularis aiens, Vt Nullus homo est iustus. quidam homo est iustus. 3tia

Idcirco haec. Vide cap. pars. Hoc autem loco adfertur Lex Enunciationum Contrariarum. Haec est istiusm. Contrariae nunquam possunt esse simul verae. hoc est neque in Materia necessaria Vt omnis homo est animal. nullus homo est animal. neque in Contingenti: Vt omnis homo est iustus. nullus homo est iustus. (imo in hac materia sunt ambae falsae) Neque in impossibili Vt omnis homo est lapis, nullus homo est lapis Lex Enuntiationum Contrariarum.

His autem oppositas Adfert legem Subcontrariarum. Enunciationes subcontrariae possunt esse aliquando (intellige in materia Contingenti) simul verae. Vt aliquis homo est iustus. aliquis homo non est iustus. Lex Subcontrariarum.

Quaecunque igitur. Lex Contradicentium 3plex, secundum 3plicem earum speciem: 1ma Lex Conuenit Contradicentibus definitis, quae est istiusm. Enunciationes Contradicentes definitae nunquam sunt simul verae: hoc est si Vniuersalis aiens fuerit vera, tum particularis negans erit falsa. Vt quoniam haec vera est. Omnis homo est animal. illa erit falsa. quidam homo non est animal Idem de caeteris iudicium esto. Et quaecunque sit. Leges contradictoriarum. tres. 1ma definitarum.

Lex Contradicentium singularium, priori non absimilis namque et in his etiam necessum est. Vt Vna parte existente vera altera necessario sit falsa. E. G. quia haec vera est. Socrates est homo. illa falsa erit Socrates non est homo. Item quia haec falsa est Socrates est lapis illa vera erit Socrates non est lapis. At earum quae sunt Lex Vida singularium. priori non absimilis.

Lex Contradicentium Vniuersalium indefinitarum. quae est istiusm. Indefinitarum. Lex 3tia.

est istiusmodi. Contradicentes indefinitæ possunt esse ambæ veræ
puta in materia contingenti. E. G. Homo est albus homo non est albus
Adde in materia necessaria affirmantes semper sunt veræ, Ut homo est
animal, bos sentit; negantes vero falsæ Ut homo non est animal.
bos non sentit: in materia item impossibili, affirmantes sunt perpetuo
falsæ. Ut homo est lapis, asinus volat; negantes autem veræ. Ut
homo non est lapis, asinus non volat

Obiectio. Statim autem videri. Obijcit Artes adversus legem contra:
dicentium indefinitarum. S. E. Hæc sibi æquipolent. Homo non est albus
et nullus homo est albus: quemadm. et illæ non sunt veræ Quam homo
est albus et nullus homo est albus. quæ sunt contradicentes primi
generis. Solutio Solvit Artes negans illas Enunciationes, nimirum homo non est
albus, et nullus homo est albus sibi æquipolere. Rō. Nam una Enun:
ciat universaliter de subiecto, illa scilicet. nullus homo est albus; altera
vero non universaliter, homo non est albus neque ergo idem significant,
neque simul necessario. hoc est potest esse falsa illa. Nullus homo
est albus, hac existente vera, homo non est albus; nam Aethiops
est homo, albus tamen non est.

Doctrina de oppositionibus. Perspicuum autem est. Pars cap. 2da in hac primo docet. Uni
affirmationi unam tantum negationem contradictoriè opponi.
Id probat rōe et exemplis. Rō ita habet. Quod aliqua affirma:
tio ponit, hoc idem negatio destruit. quandoquidem affirmatio nega:
tioni directe repugnet. Ergo quælibet affirmatio habet propriam
eamque unicam negationem sibi oppositam. Exempla clara in textu.

Cap. Pacij VIII. Enuntiatio una quid. Plures quid. Una autem affirmō. Nunc deinceps docet quæ nam sit
affirmatio, aut negatio una et quæ plures. Est igitur affirmatio aut
negatio una illa, quæ unum de uno significat, hoc est unum, idque
univocum habet et subiectum et attributum: Affirmatio item aut
negatio plures illæ dicuntur, quæ unoquidem subiecto et uno
attributo constant, sed tantum quo ad vocem. non autem quo ad
significationem: quales sunt illæ, quæ aut subiectum aut attributum.

habent æquivocum

habent aequivocum, ut canis latrat, Taurus mugit. Ut sigs equo.

Affirmationem et Negationem plures illustrat exemplo facto, quod ita habet. Imponatur nomen hoc vestis homini et equo dicaturque vestis est alba, seu vestis non est alba. tamen neque illa affirmatio est una, neque haec negatio: sed ambae sunt plures. Enuntiationem plures exemplificat.

Quod rursum probat hoc modo: haec affirmatio vestis est alba, idem valet quod equus est albus. et homo est albus. (Suppositum est ri vestem significare hoem et equum, ita ut tunica et vestis idem sit et homo et equus.) Haec autem homo et equus est albus, idem est quod istae duae. homo est albus, et equus est albus: Igr sicut istae sunt duae, ita etiam illa nimirum vestis est alba, non est una, sed duae, quamvis forsan videatur esse una quo ad vocem. Quapropter vel multa significant, vel nihil, quandoque non significant Naturam communem homini et equo.

Quare nec in his Sub finem capitis admonet affirmationem quae vr multiplex, ita oppositam esse negationi, ut minime sit necesse, unum eorum esse verum, et alterum falsum, cum ambo possint esse simul aut verae aut falsae. Enuntiationis multae lex.

CAPUT VI. Cap. Pacij IX.

Argumentum huius cap. D. Thomas assignat istiusmodi. Quaerit scilicet Artes in eo, num enunciationes singulares contingentes, tempusque futurum respicientes, quoties sibi contradicunt, subeant legem verarum contradicentium: an aut ab ea lege excipiantur, ita ut neque de una earum possemus enunciare, quod sit vera vel falsa. neque de altera. sed utraque indeterminate se habeat ad veritatem aut falsitatem. Argumentum cap.

Scopus autem istius capitis est hic. Docet scilicet Artes excipiendas esse a lege contradicentium eas enunciationes, quae de singularibus contingentibus futuris, quae ita se habent, ut de neutra earum, quoties sibi contradicunt dicere possimus, quod sit vera aut falsa. Quandoque falsitas utriusque dependeat ex determinatione causae futurae. qua de re postea

In ys igr

In ijs igr. Proponitur primo Connexio cap. 5. cum 6to idque per Transitionem. In Universalibus aut

Enunciationes de futuro Contingenti, non determinatam habere Veritatem aut falsitatem, probat 2plici rõe. non admodum diversa.

Probatur. non posse dici vera nec falsa futura. Contin. 1mo

1ma est. Si enunciationes de futuro Contingenti haberent determinatam Veritatem aut falsitatem. sequeretur nihil in rebus Contingenter accidere. sed omnia necessario evenire, quaecunque futura sint. Atqui hoc est falsum. Ergo et illud. Pbr Consecutio. hoc Exemplo.

Si ex duobus hominibus Unus dicat Petrum futurum esse album. alius vero Petrum non esse futurum album, tum necesse erit Unum eorum dicere verum, alterum autem falsum: Si igr verum est id quod protulit is. qui affirmavit Petrum futurum esse album, eo omisso, sequitur ut ille id proferat necessario scilicet Petrum futurum esse album. Si necessario ergo non contingenter. cum necessarium repugnet Contingenti. Quod idem de Caeteris singulis Contingentibus dicendum erit: quare omnes effectus Contingentes erunt necessarij, et nullus Contingens. quod plus satis absurdum est.

Praeterea si nunc est Rõ 2da. Si haec Enunciatio Petrus futurus est albus nunc prolata determinatam haberet Veritatem tum impossibile erit Petrum non fore album: si impossibile Petrum non fore album. Ergo si necesse. ergo non Contingens. necesse est Petrum ~~Petrum~~ fore album. et sic eadem erit necessitas in omnibus effectis futuris, nihilque fiet casu aut fortuito, nihil contingens. ad utrumlibet sed omnia necessario. quod impossibile est. Sic ri tollerentur negationes et consultationes de rebus futuris.

Ideo pbr.

Neque vero dici Poterat obijci Enuntiationem de tpe futuro prolatam proximo tpe esse determinate veram, atque si effectum proximè futurum esse necessarium, sed ante annum prolatam esse Contingentem, et tum etiam effectum posse fieri Contingentem.

Occupatio.

Respondet Arles nihil referre, quod proximo aut remoto tempore proferatur. nam si prolata modo sit necessario vera eandem habuit necessitatem ante mille annos prolata, quandoque pari rõe sit futura.

Solutio.

sit futura, et effectus pari rõe sit necessarius, cum non magis determinata nunc causa est quam ante mille annos fuit, imo etiam si non proferatur ab aliquo erit nihilominus enunciatio necessaria, aut effectus quem scit: quia propter nostrum affirmare aut negare nihil necessitatis et contingentiae in rebus ponitur. Sed ita se habet haec, ac si enunciatum sit.

Praeterea si vere poterat adhuc obyci, hinc fieri et tales propositiones, nullam prorsus habeant veritatem, sed ambae contradicentes sunt falsae. nam si non est determinate verum quod Petrus futurus est albus. neque etiam quod Petrus non est futurus albus. Utrumque erit falsum. quandoque respectu cuiuslibet enunciationis, non detur medium inter veritatem et falsitatem. Respondet ergo Aristoteles dicens id esse impossibile propter duas causas. prima est. Quia communis est dialecticorum sententia ex duabus contradicentibus enunciationibus, unam esse determinate veram et alteram falsam. Igitur contradicentes ambae falsae esse non possunt. Ida. Quia si id admitteretur, sequeretur id simul esse et non esse. Probatur. Quamsi accipiamus duas hasce propositiones. bellum navale futurum est. bellum navale non est futurum. dicaturque affirmantem esse falsam. tum sequitur negantem esse veram. hoc est bellum navale non est futurum. et rursus si negans falsa est, affirmans vera erit. Scilicet bellum navale futurum est: quod nihil aliud est quam bellum navale simul esse futurum et non futurum. Quod quia absurdum est. dicendum erit, neutram quidem dictarum propositionum determinate esse veram, aut determinate falsam, sed indifferenter et indeterminate posse quamlibet esse veram vel falsam. ne alias illa impossibilia admittere cogamur. nimirum quod nihil casu et fortuito accidit, nihilque est contingens ad utrumlibet, nihil quod sub consultationem aut electionem cadere possit.

Quod autem haec sint impossibilia aptr Aristoteles probat.

Primo quia certissimum.

Ida occupatio &

Responsio. & causa.

Impossibile esse fortuito nihil accidere. probatur.

Primo quia certissimum est hominibus datum esse liberum arbitrium, cuius est deliberare de rebus agendis vel non agendis, admoneremque ut sic vel etiam aliter fiant, consilia item dirigantur ad certum finem, quae aliquid esse contingenter futurum praesupponunt: circa quod admonitiones, correctiones, consilia, atque electiones versantur. Ideo quia tam in rebus naturalibus quam etiam artefactis, eandem veritatem experimur. atque in artefactis quidem: nam vestem scindi aut non scindi contingens est. quandoquidem potest atteri, aut vetustate consumi. atque sic non scindetur vestis: quod autem indifferenter fieri potest aut non fieri: id contingens est. atque sic vere dantur in rebus artefactis effectus contingentes: in rebus item naturalibus. idem apparet. nam possibile est, quod aliquando evenit, nimirum hominem nasci praeditum 4. aut 6. digitis, et ut plurimum 5. Similiter aliquando evenit, ut aliquis homo nascatur fortis, et aliquis infirmus, quorum effectuum contingentium ratio materia est. apta quidem hoc aut illo modo disponi, hoc aut illo modo recipere formam; negari igitur non potest dari contingentiam in utrisque rebus. ut naturalibus ita artefactis. ita ut quidam effectus raro eveniant quales sunt inventiones thesauri, quidam frequenter, quod homo cum 5 digitis nascatur. quidam autem aeque se habentes ad utrumlibet, si nimirum ex libero arbitrio dependeat ut Petrum bene aut male victurum, Et sic ex consequenti necessario dicendum est enunciationes singulares in futuro tempore prolatas scientes eosdem effectus contingentes. non esse determinate et necessarie veras aut falsas.

Concludit superius probata

Perspicuum igitur Tandem ex dictis Artes colligit, quod in enunciationibus contingentibus futuris invicem sibi contradicentibus non sit necesse. ut una pars earum sit determinate vera et altera determinate falsa. sed ambae sunt indeterminatae veritatis aut falsitatis.

Id autem ut clarius

Id autē ut clarius ostendat. tradit primo ꝯplicem modū necessitatis rerum tam simplicium, quam complexarum, quandoquidē veritas et falsitas enunciationum, necessitasq; et contingentia earundē a rebus significatis dependeant. Unde quot modis dicuntur res necessariæ, tot modis etiam et enunciationes necessariæ erunt.

Rerum modus necessitatis duplex.

Rem igitur simplicem esse necessariam ꝯplr contingit.

Res simplex ntalis fit necessaria ꝯplr 1mo

1mo absolutē. quando ex propria condicione talis est ut non possit se aliter habere, ut est cœlum, 2do. modo sint res necessariæ non ex propria condicione. sed ab extrinseco aliquo, hoc est ratione temporis, ut cursus tpe præsenti factus, aut existentia Petri actualis ex proprio modo, res sunt contingentes, cum possint esse et non esse. sed ex condicione tpis præsentis, quo mensurantur, necessariæ dicuntur. nam supposito hoc quod nunc sunt non possunt non esse nunc. Similiter in rebus complexis Petrum esse et Petrum currere necessariæ sunt ex suppositione temporis præsentis. dum ni fiunt non possunt non fieri, et hoc est quod Artes dicit.

2do.

Complexa similiter

Ergo quod est. Esse quando est et quod non est, non esse quando non est. necesse est ~~[illegible]~~ non tamen. Deinde addit attamen nequod est, id omne esse necesse est, nec quod non est non esse. Quod nihil aliud est. quam ab extrinseco necessitatis modo ad intrinsecum necessitatis modum argtm non valere. Non ni sequitur Petrum esse quando est, aut currere quando currit, necesse ergo est absolutē Petrum esse, aut Petrum currere. cum sit argtm ab eo quod tale est scdm quid, ad tale simplr. Namq; esse rem necessariam ex suppositione tpis in quo est simplr est esse contingentem et scdm qd necessariā et hoc est prior distinctio necessarij, quod fit in rebus.

Ipsa necessarij distinctio.

Ab extrinseco ad intrinsecum necessitatis modū non valet argtatio.

Eadem divisio applicanda est ad enunciationes, ita ut quædā enunciatio sit absolutē necessaria. hoc est ex ppria habitudine Prædicati ad subiectū. ut homo est animal.

Doctrina.

Altera autē.

Altera autem ab extrinseco, seu ex suppositione, et secundum quid. Veluti Petrus currit dicitur enunciatio necessaria. Si Petrus est in actu currendi.

Ida necessarij divisio. 1a

Ida divisio necessarij est haec: quaedam sunt necessaria in se, hoc est absque omni comparatione ad suum oppositum. E.G. Hominem esse animal, aut Petrum currere, pro tempore quo currit: quaedam autem sunt necessaria, non in se sed ex comparatione, ad suum oppositum, ita ut res quae per se sumpta est contingens, simul cum suo opposito accepta dicatur necessaria, quo pacto contingens Petrum album fore, et Petrum album non fore: si tamen haec accipiatur simul cum suo opposito, nimirum sub forma eiusdem disiuncti. Utique habet necessitatem; non ri est contingens hoc totum quod est Petrum fore aut non fore album, sed necessario. non quidem ab intrinseco, aut simpliciter, cum quaelibet per se sumpta pars sit contingens: sed ex modo, quo simul accipiuntur

Ad enuntiationes eiusdem aplicatio.

Par est ratio in enunciationibus: nam quaelibet harum enunciationum Petrus futurus est albus, et Petrus non futurus est albus contingens est. Disiunctum vero, seu Hypothetica enunciatio ex utraque constituta, nimirum Petrus futurus est aut non futurus albus, habet necessitatem ex ipso enunciationis modo: et in hac distinctione necessitatis, pari ratione est verum, quod in prima videlicet argumentum non temere a necessitate totius disiuncti, ad necessitatem singularium partium: non ri valet argumentum Petrus futurus est aut non futurus est albus. Ergo album est futurum, neque etiam quod album non sit futurum. quandoque necessitas, non trahatur ex partium natura, sed ex earum coniunctione.

De enuntiationibus de praesenti Aristotelis sententia.

Istis ergo praesuppositis ait Aristoteles enunciationes de praesenti ac praeterito etiam in materia contingenti esse determinate ac necessario veras aut falsas. non ab intrinseco, aut simpliciter, sed ex conditione, aut suppositione temporis, et secundum quid. Enunciationes vero de futuro, nullam prorsus determinationem veritatis ac falsitatis habere. Quod intelligendum etiam esse docet si per se sumantur nam totum disiunctum ex triplici contradictoria factum, determinate et necessario est verum.

Similiter de Futuro.

CAPUT VII.

CAPVT VII.

Cap. Paey X. Vel 2di libri Rep. 1.

Duo praecipua sunt quae capite presenti ait Artes. 1mo ri expo: nit doctrinam de Enunciationibus, quae constant terminis infini: tis. hoc est vel subiecto tm infinito, vel attributo tm. vel vtro: q̄ simul, addens earundem Enunciationum oppositionis rōem: Deinde agit de Enunciationibus coniungendis aut diuidendis quod ideo facit, vt sciamus, num conseruetur Enunciandi veritas quo: ties ex pluribus Enunciationibus fit vna Enunciatio; aut ex vna plures. Et sic comode possunt assignari duae cap. partes.

Argtm cap. et diuisio.

Qm autē 1ma cap. pars. ante omnia aut Artes di: uidit Enunciationem 2di adiacentis in duo gnā: quorum primus est illud, quod hit subiectum finitum, vt homo est. Alterum quod hit subiectum infinitum, vt non homo est. Hanc aut diuisionem infert ex 3bus Hypothesibus. quarum prima est haec quod omnis affirmatio et negatio significat aliqd de aliquo aut aliqd ab aliquo. 2da Hypothesis. Subiectum de quo affirmatur aut negatur attributum vel est nomen verum vel innominatum, seu infinitum. 3tia Affirmatio vti et negatio est vnius de vno. haec vltima Hypothesis adducitur ob duas causas. primo ne quis putet multa esse subiecta, quando est nomen infinitum, propterea qa nomen infinitum dicit quauis En: te et non Ente. Deinde qa mox colliget Artes Enunciatio: nem constare vel ex noē et verbo vel ex infinito Nomine et verbo, quae diuisio non esset perfecta nisi sumeretur vnum de vno: possent ri esse plura nomina et plura itē verba. Ex his ergo elicit dictae Enunciationis 2di adiacen: tis diuisionem istiusmodi. Omnis scilicet affirmatio et negatio 2di adiacentis 2plex est, vna quae constat Nomine et verbo vt Homo est. altera quae constat nomine infinito et verbo vt non homo est.

2di Adiacentis Enuntiatio 2plex

1ma Hypotesis.

2da.

3tia

1ma Enuntiatio

2da.

At sine verbo.

Tacitae obiectioni occurrit, poterat quippe alicui videri quod vt Enunciatio 2di adiacentis dr constare ex nomine vel ex infinito..

Occupatio.

Vel ex infinito nomine, ita eadem potest constare ex Verbo
Solutio. Vel ex infinito Verbo. Rndet. In omni Enunciatione esse Verbum:
ita tamen Ut appellatione Verbi hic complectamur tam Verum et
perfectum Verbum, tam casus Verbi, et copulam Verbalem.
non etiam Verbum infinitum, qa quando Verbum negatiuè
attribuitur in Enunciatione non Vocatur Verbum infinitum.
sed negatum. Quocirca erit prima.

Oppositiones 4. Adducta diuisione Enunciationum Vdi adiacentis, colligit
1ma earundem oppositiones 4. harum prior est habens subiectum fi:
2da. nitum in Enunciatione indefinita. Ut homo est. 2da. habens
subiectum infinitum in Enunciatione indefinita. Ut non homo
3tia est. 3tia habens subiectum finitum in Enunciatione defi:
nita Ut omnis homo est. et non omnis homo est. 4ta
4ta. habens subiectum infinitum in Enunciatione definita, Ut
Omnis non homo est. quod etiam faciendum est, in ijs Enun:
ciationibus quae sunt de tpe praeterito et futuro. quae
scilicet Artes appellat externa.

Enuntiationis 3tij Adiacentis. Oppositio 4drup. ex 1ma Cum autem Verbum Docet deinde, quae sit ratio oppo:
sitionis Enunciationum 3tij adiacentis Ut indefinitarum, ita defi:
nitarum. Opponuntur igr sibi Enunciationes indefinitae. tertij
adiacentis quatuor. nimirum Una quae hat subiectum et attri:
butum finitum affirmatiuè. Ut homo est iustus. 2da.
2da. quae habet subiectum et attributum finitum negatiuè, Ut
homo non est iustus. 3tia. quae habet subiectum finitum
3tia. attributum autem infinitum affirmatiuè, Ut homo est non iustus.
4ta. 4ta. quae habet subiectum finitum, attributum aut infini:
tum negatiuè, Ut homo non est non iustus.

Hae igr binae. Locus hic plurimos interpretes torsit;
ad quem tamen explicandum referenda est sententia Porphi:
rij. Boetij et Alberti Magni, Ut autem hoc felicius cedat.
proponatur primo dictarum Enunciationum oppositio hac roe

1	Homo est iustus	Homo non est iustus.	2
3.	Homo est non iustus.	Homo non est non iustus	4.

Sensus igr.

Sensus igr Artis est hic. Ex his 4. Enunciationibus Enuncia:
tiones infinitæ, ita se habent ad affirmationem et negationem
hoc est ad affirmantem et negantem simplices scdm conse:
quentiam. Ut negans infinita ex affirmante simplici inferatur.
Eam tamen non inferat: Affirmans vero infinita bene
negantem simplicem inferat, sed ab ea non inferatur: Valet
ri Consecutio. Si dixeris homo est iustus. Ergo homo non est no iustus.
Non tamen contra, nimirum homo non est non iustus. Ergo homo
est iustus. latius ri patet de pluribus qz Enunciari pt tota
significatio negative, quam affirmative. Nam de eo adhuc
quod non est homo, Uti de ligno aut lapide vere dicimus
lignum non est non iustus homo, de quo tamen falsa est affir:
matio. lignum est homo iustus, sed quod latius patet magis
Universale est nec infert id, quod est minus Universale, Ut
in genere et specie constat. Igr negans infinita, non in:
fert affirmantem simplicem, cum hæc inferat illam.

Quod vero affirmans infinita, inferat negantem simplicem
a qua non infertur patet. nam valet Consecutio homo est
non iustus. Ergo homo non est iustus; non tamen contra. Homo no
est iustus. Ergo homo est non iustus. quandoquidem latius
patet significatio negantis. prædicatur ri etiam de his quæ
hoes non sunt, de quibus non dr affirmans infinita, Verum
ri est de ligno, quod non sit homo iustus, non tamen quod
sit homo non iustus: quod aut Universalis est, non infert
minus Universale, quamuis hoc inferat illud. Atq ppterea
subiecit Artes ita se habere infinitas ad affirmationem et nega:
tionem, sicut priuatiuas. Ut ri ab affirmatiua infinita valet
consecutio ad negatiuam simplicem, non autem contra, pari rone
valet Consecutio, a priuatiua affirmante, ad negantem simplicem,
non contra: sequitur ri Homo est iniustus. Ergo homo non est
iustus. non aute contra. Homo non est iustus. Ergo homo est iniustus.

Nam de Leone.

Oppositionum
Consecutio.
42
Doctrina.

Nam de Leone vere dicimus, quod Leo non est homo iustus falsum aut quod Leo est homo iniustus. Item quemadmodum ab afirmante simplici ad negantem infinitam valet Consequentia, non autem contra. Similiter ab afirmante simplici ad negantem priuatiuam, non autem contra. Valet ni consecutio.

Homo est iustus. Ergo homo non est iniustus; non tamen homo non est iniustus. Ergo homo est iustus. De Vniuersis etenim, quae homines non sunt, vera est negatio priuatiua (Vt de Leone quod non sit homo non iustus) de quibus tamen falsa est afirmatiua simplex. falsum enim est quod Leo sit homo iustus et horum omnium eadem est ratio: quia negatio Enunciationis latius patet quam infinitas ac priuatio

1.	Homo est iustus	Homo non est iniustus	2.
3	Homo est iniustus	Homo non est iniustus	4.

Aliae autem. Docet eandem esse rationem oppositionis et consecutionis Enunciationum infinitarum definitarum, quae fuit Enunciationum infinitarum definitarum.

Aliae aut. Egit de Enunciationibus Ity adiacentis habentibus subiectum finitum, attributum aut infinitum. nunc transit ad eas, quae habent subiectum infinitum, attributum autem finitum, vel infinitum. In ps ergo Arles docet easdem esse oppositiones et consecutiones quae ostensae sunt in prioribus. Quod verum est vt de infinitis, ita etiam de definitis. Exempla Arles adducit Enunciationum indefinitarum haec. non homo est iustus.. non homo non est iustus: non homo est non iustus. non homo non est non iustus Definitarum autem Enunciationum, quas Arles breuitatis studio, omittit, Exempla haec sunto. Omnis homo est iustus. Quidam non homo non est iustus. Omnis non homo est non iustus Quidam non homo est iustus. Quidam non homo non est non iustus.

His aut non sit

Tradit

His aut non sunt. Ostendit praeterea infinitas enunciationes quae hactenus adductae sunt, non posse dari plures.

Sed haec seorsum. Ex dictis infert nonnullas dubitationes Artes quas singulatim resoluit. Prima dubitatio est haec. An enunciationes habentes subiectum infinitum possint conferri cum enunciationibus habentibus subiectum finitum. quemadmodum superius collatae sunt enunciationes habentes attributum infinitum, cum enunciationibus habentibus attributum finitum? Respondet Artes has enunciationes, quae subiectum habent finitum inter se tantum conferendas esse cum illis autem, quae habent subiectum finitum minime.

Dubitationes nonnullae soluuntur.

1ma. dubitatio.

Solutio.

Propterea quod maior differentia est enunciationum quae sumitur a subiecto quam quae ab attributo. dicit igitur Artes has hoc est enunciationes de non homine, quoniam haec enunciationes utuntur nomine, hoc est subiecto non homo, quod est infinitum. illae autem subiecto homo, quod est finitum. In quibus aut Dubitatio 2da.

Indoquidem omnia exempla enunciationum, quae hactenus adducta sunt habeant verbum substantiuum est. quid dicendum erit de verbis adiectiuis, et quo referendae sunt haec enunciationes. Homo currit, Homo disputat ꝛc: Cum dictum fuit, nulla alia esse enunciationum genera, praeter ea quae iam exposita sunt? Respondet Artes. Has etiam enunciationes esse 2di adiacentis quae fiunt infinitae saltem ratione subiecti. Idem ri valet in his enunciationibus verbum adiectiuum, quod in illis verbum substantiuum.

2da dubitatio.

Eiusd. Solutio.

Non est ri. Quaestio 3a. Utrum quoties ex enunciationibus indefinitis habentibus subiectum infinitum, faciendae sunt enunciationes definitae habere subiectum infinitum adiungenda sit negatio signo, an vero ipsi subiecto? Respondet Artes subiecto adiungendam esse negationem. Ro. Qa signum non significat rem, sed modum tantum rei iuxta quod indicamus praedicatum enunciationis conuenire subiecto universe aut particulariter.

Tertia dubitatio.

et

Solutio.

Quando caetera igitur.

Dubitatio 4ta. Cætera igr. Quæstio 4ta. Quæ nam Enunciationes definitæ possint esse simul veræ? Rndet. Enunciationes definitas contrarias non posse esse simul veras: Ut omnis homo est animal. Nullus homo est animal &c: Contradictoriæ item sive fuerint infinitæ, sive definitæ, non possunt esse simul veræ, consequuntur se tn, definitæ ex una parte cum infinitis ex altera, ita ut Enunciationes universales, quando una est finita, altera infinita possunt æquipollere. Uti et particulares. E. G. Nullum animal est iustum, Aliquod animal est iustum. Et Quoddam animal non est non iustum. Omne animal est non iustum. quarum illæ priores sunt Contradictoriæ definitæ finitæ, Posteriores Contradictoriæ definitæ infinitæ, et tum simul sunt veræ universales inter sese, atque etiam particulares, hoc est mutuo sese consequuntur. Universalis ri affirmativa infinita, potest simul esse vera cum universali negativa finita. Ut omne animal est non iustum Ergo nullum animal est iustum. Item particularis negativa infinita potest simul esse vera, cum particulari affirmativa finita, Ut Quoddam animal non est non iustum, Ergo aliquod animal est iustum. Ipsicuum aut est.

Solutio.

Dubitatio 5ta. Quæstio 5ta. An ex negativa habente prædicatum finitum possit colligi affirmativa habens prædicatum infinitum? Rndet. quod in singularibus Enunciationibus possit colligi; sed in definitis non posse. Exemplum primi. Si qs rogaverit Est ne Socrates sapiens? alius aut responderit. non. Hoc est. Socrates non est sapiens: Tum inde licet colligere affirmativam habentem prædicatum infinitum, Ergo Socrates est non sapiens. Exemplum 2dm. Si qs rogaverit Enunciationem universalem hanc. Est ne omnis homo sapiens? Alius aut respondet, non. tum non licebit colligi ex data affirmatione universalem affirmativam habentem prædicatum infinitum. Ergo omnis homo est non sapiens. Rd. Nam cum hæc inferat contrarium illius, quod interrogabatur, nimirum hanc

Responsio.

Nullus homo est

Nullus homo est sapiens. non efficitur ut statim sit vera. si illa quae interrogabatur est falsa. quandoque contrariae possunt esse simul falsae. Licebit ergo inferre negativam contradicentem habentem praedicatum finitum. Ergo aliquis homo non est sapiens. Haec ni necessario erit vera. si illa quae interrogabatur est falsa. Quae autem sunt oppositae.

Proxime dictum est has enunciationes. Nullus homo est est sapiens. Et omnis homo est non sapiens, aequipollere sibi ad invicem. Ideo potest aliquis forsan inveniri, qui utramque dictarum enunciationum negantem appellat. Quod tamen vere non esse docet nunc Artes Rs. Posterior ni quae scilicet constat praedicato infinito non potest dici negans. Cum omnis enunciatio negans sit vel vera vel falsa. Jam terminus infinitus, nullius veritatis et falsitatis est capax. Hoc vero effatum.

Occupatio.

Dixit superius enunciationes Itij adiacentis habentes subiectum infinitum, nullam habere habitudinem consecutionis. Cum enunciationibus habentibus subiectum finitum: dixit adhuc enunciationes habentes subiectum infinitum, eandem legem consecutionis inter se, quam servant enunciationes habentes subiectum finitum: nunc autem planius docet utrumque. dicens, quod ambae enunciationes. Omnis non homo est iustus. Quidam non homo non est iustus. Et aliae habentes subiectum finitum. nullam habent consecutionis legem cum aliis, quae habent subiectum finitum. Id autem fit propter subiectorum diversitatem. At vero has omnis non homo est non iustus. Nullus non homo est non iustus. quoniam idem habent subiectum. eandem quoque inter se habent consecutionis legem. quam enunciantes habentes subiectum finitum. Nam ad illam affirmativam habentem praedicatum infinitum, infertur negativa habens praedicatum finitum. hac de re iam dictum est.

Superius dicta clarius exponit.

Transposita autem Nomina. Quia saepius Artes in praecedentibus textibus, praedicata anteponebat subiectis. ideo nunc docet.

quod quocumque modo.

Sensu eodem manente nihil valet, subiecti et praedicati varia positio.

quod quocunque modo illa ponantur nihil intersit, dummodo eadem sententia seu intelligentia sit subiecti et praedicati, adeoque ipsius copulae sive haec praeponantur, sive postponantur. Alioqui uni affirmationi opponentur plures negationes. quod falsum est.

XI. Unum aut de multis. Pars cap. 2da. in qua docet rationem consecutionis. Enunciationum constantium terminis simplicibus et enunciationum constantium terminis coniunctis. Dr. aut hoc loco terminus coniunctus ille, qui constat pluribus vocibus quarum singulae possunt esse plura praedicata, in diversis enunciationibus. E. G. Petrus est homo albus. Artes est animal candidum re: Caeterum partis huius possunt assignari membra tria. Hic est primum in quo separat Artes enunciationem multiplicem ab una. Est aut una enunciatio illa quae unum de uno enunciat. Ut homo est albus.

Terminus coniunctus quid

Enuntiatio una quid.

Multiplex quid.

Multiplex vero enunciatio est quae aut multa. Ut Petrus est albus Musicus. aut unum de multis. Ut Petrus et Paulus sunt albi. Quando autem dr. unum de multis enunciari, aut multa de uno. Id Artes intelligendum esse censet, non tam voce seu materia quam significatione seu forma: contingit ri subiectum voce quidem unum esse. significatione autem multiplex, et tri non constituitur enunciatio una. Ut Canis latrat; contingit contra plures esse voces in subiecto aut praedicato. cum illae voces idem aliquid significent ideoque talis enunciatio erit una non multiplex. Ut homo est albus et cicur. Haec aut Socrates est homo albus ambulans est multiplex; qa tria eius attributa ipsius m. sunt quae ut Socratem unum non constituunt. ita eundem non significant.

Ergo si interrogatio. Ex his quae dixit colligit Artes. quod non una sit interrogatio dialectica, neque una item responsio, quae constat ex multis attributis, aut subiectis non constituentibus, nec significantibus unam rem. Adhuc ex iis colligit eam interrogationem non esse dialecticam, in qua quaeritur quod nam sit, aut hoc aut illud E. G. Quid est homo? quid equus?

Observa. 1mo

Ido.

nam dialectica

Quam Dialectica interrogato quibit Quamꝯ partem Contradictionis in qua quis datur oppositio. Vt respondeas licet quamuis partes Contradictionis. quod non fit cum quæritur. quidnam sit hoc aut illud

Quia Veto cons. Membrum Orõm singula proponit quibscõe ejusmodi. Verum bona sit Consecutio ab Exemplatis ad singulis ad coniunctas? aliquando ni a divisis ad coniuncta consecutio quidem valet. Vt Socrates est animal ergo homo aliquando autẽ non valet Vt Socrates est Pater. Socrates est Pater. Ergo Socrates est Pater bonus. Observa tamen in priore exemplo, ejus nostrum esse ab Arte loco essa proprijs hominis.

Si ni ga Quæritur. Licet non semper valere Consecutionem a divisis ad coniuncta, nam probatum quod in superiori exẽ: pro. quod erat in ordine Orõm datur antecedens Verum et Consequens falsum. sequerentur etiam alia incommoda. Ja primit ni fieret sæpe expressa negatio sit est inanis ejusq; Vocabuli repetitio. Deinde daretur progressus in infinitum in repetendis ejusq; Vocabulis. Quamsi Socrates est albus, et est Musicus et est ambulans. Ergo Socrates est albus Musicus ambulans. Rursumq; Socrates est ambulans et musicus. Ergo Socrates est albus, ambulans. ambulans Musicus musicus et ita in infinitum thuspra eadẽ Vocabula repetentur. Præterea fieret nonnunquam occulta negatio S. G. Si quis dicat Socrates est homo. Socrates est rationis. Ergo Socrates est homo rationis Hæc ni domittitur negatio occulta. quodquid rationis ibi etiam contineri in homine.

Quomodo autẽ formare oporteat

Docuit deinceps duas regulas, quæ servande sunt in recta consequentia: ne, ab enunciationibus divisis ad coniunctas. prima est ejusmodi:

Non valet consecutio in dictis enunciationibus, quibus attribuuntur diversa eidẽ Vt occidentaliter respectu illius se habeant. atq; etiam inter se. Non ni recte sequitur. Socrates est Magister Socrates est bonus. Ergo Socrates est Magister bonus. Hæc duæ regulæ sunt. ga quæ inter se, et in ordine ad terminum accidentaliter coniuncta non necessario reperiuntur in eo cui: Ergo ne ab eis divisis firmum potest. Duæ argumentum ad eadẽ in eo cõsequenda.

Accidentaliter autẽ

divisis ad coniuncta. Regula consequentiarum prima.

Accidentaliter aut se habere non solum inter se sed in ordine ad subiectum dicimus: nam si alterum saltem attributum habeat se essentialiter optimum poterit deduci argum. E.G. Si dicamus homo est animal homo est albus. Ergo homo est animal album.

Praeterea adiungi. Regula 2da. Quando ex duobus praedicatis unum clauditur sub conceptu alterius tum non pt deduci argum a diuisis ad coniuncta, non ri sequitur. Petrus est homo. Petrus est substantia. Ergo Petrus est homo substantia. Item Petrus est homo. Petrus est rationalis. Ergo Petrus est homo rationalis

2da Regula de Consecutione.

Sed cum in adiuncto. Adduxit adhuc duas regulas, quae seruandae sunt in recta Consecutione ab Enunciationibus coniunctis ad diuisas. 1ma est istiusm. Cum duo termini seu attributa ita se habeant in Enunciatione coniuncta. Ut alter ex iis contineat aliquid in se repugnans, ei cui adiungitur. indeque sequatur Contradictio. tum nulla est Consecutio a coniunctis ad diuisas. Exemplum. Si dicamus Socrates est homo mortuus, non licebit concludere: Ergo Socrates est homo. quia inter hominem et mortuum est repugnantia, quam sequitur ipsa Contradictio. Nam homo est viuens, mortuum aut et viuens sibi contradicunt. Si vero alter attributum Enunciationis coniunctae nihil in se habeat repugnans alteri attributo, tum optima erit consecutio ad diuisum. Ut Socrates est homo albus, Ergo Socrates e homo.

Regulae Consecutionis a Coniunctis ad diuisas duae. 1ma

An quando repugnans. Regula 2da. quam Artes tradit per diuisionem posterioris membri regulae proxime praecedentis. S.S. Cum sunt duo termini coniuncti nullam repugnantiam inter se habentes. tum vel utrique attribuitur per se Ut cum dr homo est animal rationale et Petrus est homo albus. vel alter terminus attribuitur per accidens Uti Homerus est poeta. priori ergo casu una erit negatio a coniunctis ad diuisas sic. Homo e al rationale. Ergo homo est al. posteriori vero male Ut Homerus est poeta. Ergo Homerus est. quia illud est non per se dr de Homero, sed per accidens nimirum per poetam. ita Ut attributum illud poeta iungat cum subiecto Homero. Nota aut Artem non tm attributa essentialia hic vocare per se.

Regula 2da.

Vocare per se, sed etiam accidentaria. quando nimis alterum non attribuitur ratione alterij, Vt patet in illa attributione So: crates est homo alb; quamvis ni albus sit accidens tamen hoc loco Ly attribui per se qa non attribuitur per alterum attributū nimis per hominē. Vnde ft simpr dici. Socrates est alb;

Quoniam in gbg Sub finem capitis repetit breuiter primo con: ditiones seruandas in recta consecutione Enunciationum. Coniunctarum et Diuisarum: deinde refutat tres illas quas antiqui pro hac parte vsi sunt. A Coniuncta Enunciatiua vera diuisa recta sit consecutio si attributa sibi non repugnent. et si attribuantur per se, non per accidens. Ly Vero sensus hic est. Argumentabantur antiqui sic. Non Eas est opinabile: Ergo non Eas est. Habet antecedens. qz possum opinari esse Cebes, Hyperal 2ē: quod tamen falsa. Consequentiam vero deducebant per auctm a Conditis ad diuisa. quod tñ falsum negat. Sigmd Verbum Est. in illa Enunciatione non est opinabile. Predicatur de non Ente, per accidens. nimirū ratione opinabilis. non autē per se.

Conditiones consecutionis.

Sophismatis [illegible] dubia non plurima. Solu.

Cap. Seq XII.

CAPVT VIII.

Pars hb. 5ta. Vno capite prosequi conatur, quod completūr doctrinam Enunciationū Modificatarū. Capitur. partes sit tres. In prima dicent de oppositione Enunciationū Modificatarum. In 2da agit de mistis earundem consecutione. In tertia pro: ponit dubium quoddam. de Possibili et necessario. et Solvit.

Prima cap. pars. Quadrio Cap. 5 diuisio.

Nam si ex contrariis Oppositionis stetur Enunciationū tres diversi Autores proponit quadlibetem. cuius sententia hec est: Duæ Enunciationes Modificatæ illæ sunt Contradictoriæ. quarum una dicit rem esse. altera autem rem non esse. In autē illa quæ una no: dum habet affirmatum. altera negatum: atq; dijudicandi gratia primo probat partem affirmantem. nimirū quod illæ Enunciationes Modificatæ Contradictoriæ quæ Verum esse affirmant vel negāt non autem quæ Modum, sunt autē assignat ab exemplis omnium aliarum oppositarum. in quibus hoc reperitur.

Affirmativa pars probatur

At illa sic:

Ut illæ sibi contradicant quarum una affirmat esse altera id negat.
E.G. Primo in his Enunciationibus, quæ sunt 2di adiacentis id apparet
Probatio. Huic ri Enunciatio. homo est hæc contradicit homo non est non autem
non homo est. Item in Enunciationibus 3tij adiacentis. Nam huic
homo est albus. Hæc contradicit Homo non est albus. non autem hæc Ho:
mo est non albus. Si ri hæc esset Contradicens. Homo est non albus
Ratio. tum accideret ambas contradicentes esse simul falsas quod absurdum est.
Probatur. Si ri istæ sunt Contradicentes. Homo est albus. homo est non
albus, tum sequetur quod cum falsa sit ista Enunciatio lignum
est homo albus: illam esse veram, lignum est homo non albus. quod
tamen falsum est et sic ambæ contradicentes falsæ. Quia igitur
in Enunciationibus aliis id usu evenire solet. idem etiam in Modifica:
tis intelligendum est. nimirum illæ erunt Contradicentes, quem
verbum Esse. affirmabunt et negabunt. E.G. Huic modificatæ.
Necesse est esse. Hæc contradicet possibile est non esse. Huic item
~~probat~~. Possibile est esse, hæc contradicet, possibile est non esse.
Sed id videtur Probat deinceps quæstionis partem negantem:
Contraria quæstionis pars probatur. hoc est quod Enunciationes Modificatæ contradictoriæ illæ sint
non quæ esse. et non esse dicunt, sed quæ habent negationem
modo adiunctam. E.G. non hæ sunt contradicentes possibile est ho:
minem currere, possibile est hominem non currere, sed hæ possibile
est hominem currere. non possibile est hominem currere. item necesse
Ratio. est hominem esse animal. non necesse est hominem esse animal. Ratio
Si ri in Enunciationibus Modificatis sumeretur contradictio secundum
esse et non esse. tum duæ contradicentes essent simul veræ: hoc
est falsum. Ergo et illas. Probatur Consequentia exemplis. Hæ ri Enun:
ciationes. Possibile est lignum dividi. et possibile est lignum non
dividi. sunt simul veræ. propterea quia non omnia semper actu
sunt, hoc est non omnia semper habent operationem, sed aliqui
do sunt, et operantur, aliquando autem non sunt, nec operantur.
propterea quod idem esse et non esse. Et sic duæ contradicentes
simul veræ sunt.

Ut ri in illis

Ut ri in illis. Probat idipsum a simili. S.S. Ut se habet esse in Enunciationibus simplicibus. ita et modus in Enunciationibus Modificatis. Atque in Enunciationibus simplicibus. si Verbum esse affirmetur et negetur. constituitur contradictio. Ergo etiam in Modificatis si Modus affirmetur et negetur constituetur Contradictio. Probatur maior. Quemadm. ri in Enunciationibus simplicibus Verbum esse aut aliud huic aequivalens, habet locum praedicati, reliqua aut sunt loco subiecti: ita in Modificatis ipse Modus habet locum praedicati, caetera autem subiecti: exemplum in textu. Ideo probatur.

Consecutiones quoque. Ida cap. pars agens de Consecutionibus Enunciationum Modificatarum Ut secundum veterum sententiam, ita secundum Artis. Antequam autem quidquam hac de re dicamus quatuor praefari licet. 1mo Quatuor sunt Modi quibus Enunciationes Modificatae insigniuntur. nimirum Possibile. Contingens. Impossibile et Necesse. Unde quadruplex est species Enunciationum. Modificatarum, iuxta Modorum eorundem differentiam: Nam aliae sunt vulgo dictae de Possibili. aliae de Contingenti, aliae de impossibili, aliae demum de necesse. Singulae hae constant duabus partibus. Dicto nimirum. quod habet locum subiecti, et Modo quod Attributi. Iuxta 4 autem diversas rationes. quibus se habet Dictum et Modus. multiplicantur etiam 4 Enunciationes Modificatae. quarum prima est. in qua Utrumque hoc est et Modus et Dictum affirmatur: Ida. in qua Dictum tantum negatur. Modus vero affirmatur. Itia. in qua Modus tantum negatur. Dictum autem affirmatur. 4ta. In qua et Dictum et Modus negantur. E.G. Possibile est esse. Possibile est non esse. Non possibile est esse. non Possibile est non esse. Idem de caeteris sentiendum est Enunciationibus. quocunque modo affectis. Ita Ut singulae Enunciationes Modificatae variis rationibus affectae. constituant suum quatuor propositionibus constantes. Et quoniam Modificatae Enunciationes sunt 4. ordines quoque earum erunt 4. ita Ut omnes in singulis ordinibus collocatae sint numero 16.

Cap. Pacij. XIII.

Carpentarij Ida pars. VIII.

Hypotheses quatuor praemittuntur. 1ma

Partes singularum duae.

Varietas Enunciationum

Hoc tamen observare debes

Observa. 1mo. Hoc tamen observare debes ut in singulos ordines, reyciantur quaternae Enunciationes Modificatae 4 modis insignitae. Ita ut prima sit possibilis. Contingens altera, Impossibilis tertia, necessaria quarta. 2do. Unius cuiusque ordinis unaquaeque Enunciatio habet unam Enunciationem sibi aequipolentem in alijs ordinibus quam sibi infert. ab eadque infertur. E.G. Enunciationi primae de Possibili aequipolet prima de Contingenti. Itia de impossibili. 4ta de Necesse. E.G. haec Possibile est esse. aequipolet his. Contingit esse. non impossibile est esse. non necesse est non esse.

Item Enunciationi 2dae de Possibili aequipolet 2da de Contingenti 4ta de Impossibili, Itia de necesse. E.G. Huic possibile est non esse. aequipolet Contingit non esse. non impossibile non esse. non necesse esse. Tertia. item Enunciatio de Possibili habet aequipolentes Itiam de Contingenti primam de impossibili et 2dam de necesse. E.G. Haec non possibile est esse. Has aequipolentes habet. non contingit esse. Impossibile est esse. necesse est non esse.

Quarta denique Enunciatio de Possibili habet aequipolentes quartam de Contingenti 2dam de Impossibili, primam de necesse. E.G. Haec non possibile est non esse. has aequipolentes habet non contingit non esse. Impossibile est non esse, necesse est esse.

Itio. Observa 1mo. Tertium. Quatuor dictiones sunt observandae quatuor syllabis singulae contentae. Hae nimirum. Laudabimus. Edentuli. Illiacem. Purpuream. quarum priores syllabae deserviunt Enunciationibus Modificatis de Possibili. 2dae de Contingenti, 3tiae de Impossibili. Ultimae de Necesse. 2do. Rursum in ysdem dictionibus observandae sunt vocales 4. A. E. I. V. Ex quibus A. significat Enunciationem Modificatam affirmantem, et quo ad Dictum, et quo ad Modum. Ut Possibile est esse. Contingit esse, necesse esse. Impossibile est esse: E. vero significat Enunciationem Modificatam, cuius Dictum est negatum, Modus vero est affirmatus. E.G. Possibile est non esse. Contingit non esse. Impossibile est non esse. Necesse est non esse.

A.

E.

I. significat.

J. significat Enunciationem Modificatam cuius Modus est negatus, 1.
Dicto manente affirmato. Non possibile est esse. ꝛc: V. V.
denique significat Enunciationem in qua ut dictum, ita et
Modus negantur. E. G. Non possibile est non esse. non contingit non
esse. ꝛc. Juxta illum Versum.

Destruit V. totum, porro A. confirmat utrumque.
Destruit E. Dictum, destruit J. quoque Modum.

Quartum. Pro aequipollentia Modificatarum Enunciationum haec est regula. 4to.
Universalis. Omnes scilicet Enunciationes Modificatae per eandem di: Regula Uni
ctionem significatae sunt aequipollentes. mutuoque se consequuntur. versalis.

Oppositio autem earundem Enunciationum sibi 3plex est. Con:
tradictoria scilicet, Contraria et Subcontraria. Ita quoque tribus re: Particulares
gulis continentur. 1ma est haec. tres.

Oppositio Contradictoria est inter omnes Modificatas de Lau: 1ma
dabimus. et inter omnes de Iliacen. Ita ut omnes Enun:
ciationes unius dictionis opponantur contradictorie omnibus Enun:
ciationibus alterius dictionis. et singulae singulis: hoc est quaelibet
Enunciatio Modificata de Laudabimus. est contradictoria
omnium et singularum de Iliacen. et contra. Pari ratione
omnes Enunciationes de Edentuli. contradicunt omnibus de Pur:
puream. 2da. 2da.

Contraria oppositio erit Enunciationum Modificatarum inter omnes
et singulas de Iliacen. et Purpuream. Tertia. 3tia

Subcontraria oppositio earundem Enunciationum est inter omnes
et singulas de Laudabimus. et Edentuli. His ita prae:
missis. facile poterit intelligi sensus Aristotelis circa aequipolen:
tiam seu Consecutionem Enunciationum Modificatarum. Refert
ri Arles primo sententiam Veterum, qui circa tres priores modos. ita
posuerunt aequipolentiam. ut addita negatione Modo impossibili: idem
aequipoleat aliis duobus, citra negationem existentibus. quos etiam cum
data negatione.

Veterum sententia.

Data negatione dicebant aequipolere Impossibili, quantum ad primum et secundum ordinem: Nam Ultima de Laudabimus quam nos ponimus negatam totam, ratione scilicet dicti et Modi, illi designabant negatam ratione tantum modi. Ultimam item de Edentuli quae non est negata ratione Modi tantum, illi ponebant ratione Utriusque. Unde sicut nos hic dicimus Laudabimus et Edentuli, ita illi dixissent Laudabitis Edentulum Id patet in ipso textu.

in quibus erat & quomodo emendetur.

Aristoteles ergo approbat id. quod circa tres priores modos Veteres affirmabant, quod autem circa 4tum. affirmaverunt partim probat, partim improbat. Probat in 3tio et 4to ordine. Improbat in primo et 2do. dicebant ri Veteres, primum ordine opponi contradictorie ordini tertio. quemadm. secundum 4to. quae contradictio non cadit in dictos modos primi et tertij ordinis, neque ri haec non necesse esse (quae est Ultima Enunciatio primi ordinis) contradicit huic necesse est non esse. (quae est Ultima 3tij ordinis) neque etiam haec. non necesse est non esse. (quae est Ultima 2di) contradicit huic necesse esse. (quae est Ultima 4ti).

Ro. Ut ri Ultima primi, et Ultima 3tij, possunt esse ambae simul Verae, ita Ultima 2di, et Ultima 4ti. E. G. Utraque haec Vera est. non necesse est Cerberum esse. Et necesse est Cerberum non esse. Et hae item ambae Verae. non necesse est hominem non esse animal. Et necesse est hominem esse animal. Quod omnino oppositioni contradictoriae repugnat.

Errores antiquorum refutat.

An fieri non potest. Jam refutat antiquos, qui in assignanda aequipolentia Enunciationum Modificatarum duos errores incurrebant. 1mus erat. Cum 4tam Enunciationem primi ordinis fecerunt negatam circa modum tantum; cum revera circa Utrumque neganda erat, ita Ut illa Enunciatio quae est 4ta ordinis 2di, ponenda sit loco 4tae ordinis primi: et quae est 4ta primi ordinis; ponenda sit loco 4tae 2di ordinis.

1mus

Alter cur.

Alter cum eam Enunciationem quae primo loco propter suam dignitatem ponenda erat in Ultimum locum rejiciebant. 2dus error

Praesenti igitur textu primum expedit. Si ni illa Enunciatio primi ordinis, quarta bene esset assignata, tum duae Enunciationes Modificatae de necesse affirmantes dictum (quamvis una modum neget, altera autem affirmet) essent aequipolentes. hoc est non necesse est esse. Et necesse est esse; quod tamen absurdum est quandoquidem contradictorie sibi opponuntur. Probatur consequentia. Probatur.

Juxta antiquorum ni sententiam Enunciatio negans de necesse assignata est pro aequipolenti, illarum trium: nimirum de possibili de Contingenti utroque affirmato. Et de impossibili secundum modum tantum negato. atque etiam affirmativa de necesse est aequipolens earundem: Ergo de primo, ad Ultimum erit etiam aequipolens negativa de necesse. Probatur minor. bene ni sequitur. Necesse est esse. Ergo possibile est esse: Nam si necessarium non est possibile, erit non possibile. atque adeo etiam impossibile, quod omnino repugnat. Si ergo possibile est esse, erit Contingens esse atque etiam non impossibile esse: quod est esse horum trium aequipolentem. quemadmodum necessaria de negato modo, quam antiqui aequipolentem earundem ponunt. Quare simul erunt verae. quod repugnat. Atque sic clarum est 4tam primi ordinis male esse a Veteribus collocatam.

At vero illi possibile esse. Docet quaenam Enunciatio de necesse ponenda sit loco 4tae ordinis primi. S. E. Loco 4to ordinis primi Enunciatio Modificata de necesse. aut illa est ponenda, quae a Veteribus eodem loco 4to eiusdem ordinis erat posita; aut quae loco 4to ordinis secundi. aut quae loco 4to ordinis tertij, aut quae loco 4to ordinis 4ti. Atqui non est ponenda 4ta primi ordinis a Veteribus posita, neque 4ti ordinis tertia, neque 4ta 4ti ordinis. Ergo necessario ponenda est 4ta secundi ordinis, a Veteribus assignata, haec nimirum non necesse est non esse. Maior propositio est a sufficienti divisione. Artis doctrina de mutando ordine Enunciationum.

Minor vero.

Minor vero probata est pro primo ordine iam superius: pro altera tantum et tertia probanda venit: nimirum quod neq; 4ta 3tij ordinis, neq; 4ta 4ti posset ingredi primum ordinem.

Ratio. Rō huius rei hæc est quia neutra æquipolet Enunciationi de possibili primi ordinis. hæ ri possibile est esse. Et possibile est non esse simul veræ sunt; atq; necesse esse, non est idem, quod possibile non esse. Et necesse non esse, non est idem, quod possibile esse: Ergo neutra de necesse æquipolebit possibile est esse. omninoq; neutra ponenda est loco 4to. primi ordinis, sed potius 4ta 2di. hæc ri sola, tribus alijs primi ordinis æquipolet.

Dubitabit autē aliqs. Ea in præcedentibus dictum est. ad necesse esse, sequi possibile esse: Ideo quærit Aristoteles nunc. Utrum a necessario ad possibile firmum sit argtm. Et primo quidem probat, quod sit firmum hac rōe. Si ri ad necesse esse, non sequitur possibile esse, Ergo sequetur aut non possibile esse aut possibile non esse. Cum utraq; istarum opponatur tōi possibile esse, sed neutrum est dicendum. Ergo necesse est ut sequatur prima illa, nimirum possibile est esse. Pbr Assumptio: quia necesse esse sic est determinatum. Ut ita sit, quod non esse non possit, Ergo non poterit stare. cum tōi non possibile esse propter primum: nec ad tō possibile non esse propter secundum. Atq; sic oportet firmam esse argumentationem a necesse esse ad possibile esse.

Obiectio cuius 1ma pars pbr.

Ad contra. Oppositam rursum partem probat sic: possibile est id, quod potest esse et non esse: atq; necessarium non pt esse et non esse. Ergo necessarium non est possibile. et ex consequenti ad necessarium non rectè sequitur possibile.

Oppositam Obiectionis pars pbatur

Sed perspicuum est. Agitata quæstione in utramq; partem, resolutionem eius adfert. Cuius sensus ut facilius adverti possit quatuor accipe. 1mo. Possibile id significat, quod est in Potentia.

Supponuntur 4. 1mo

Potentia ad esse, si dicatur respectu actus essendi, vel ad operandum, si dicatur respectu operationis. Ut posse ambulare, posse legere &c: Potentia autem nihil aliud est, quam principium actus essendi, aut operandi. Ut potentia ad videndum est quoddam principium et virtus, per quam actum videndi elicere possumus. quae ideo principium eius dr. — Potentia quid. — &c

Potentia autem duplex. Una Rationalis altera irrationalis. Ut est nono Metaph. textu 8. Rationalis est quae per imperium rationis, et electionem voluntatis operatur vel eius subditum, et tales sunt voluntas, intellectus, et appetitus, et quodammodo etiam externa membra corporis. Irrationalis vero est illa, quae non est nata operari ex imperio rationis, sed ex naturali quadam inclinatione, ad actum et obiectum. Ut potentia ignis, ad calefaciendum et lapis ad motum deorsum. Irrationalis autem duplex est. — Quotuplex — Rationalis quid. — Irrationalis quid &c eius — Divisio.

Activa et Passiva: (nam rationales omnes activae sunt) Activa potentia est ad agendum aliquid: passiva vero ad aliquid patiendum et recipiendum. potentia ignis ad calefaciendum lignum, activa dr. ligni vero potentia ut nimirum ab igni calefiat, passiva. — Activa quid. — Passiva quid.

Quaedam autem Potentia sive activa sive passiva illa fuerit, duplex est, prima indifferens ad opposita. altera vero ad unum determinata: Sub priori membro continentur omnes Potentiae rationales et irrationales passivae: Nam illae possunt hunc aut illum actum elicere vel etiam oppositum: passivae autem non possunt hanc aut illam formam accidentalem, aut substantialem, recipere ut lignum calorem aut frigiditatem: Materia prima hanc vel illam formam, substantialem. et quamlibet potest suscipere vel non suscipere. Sub membro vero continentur irrationales activae. Nam nulla ex iis est indifferens ad opposita; sed omnes sunt determinatae ad unum quid. Ut ignis ad calefaciendum tantum. praesente ni passo, non potest ignis non calefacere lignum. Et hoc ex se non esse indifferentem ad opposita, sed ad operandum determinatum. — Subdivisio Potentiae.

Adhuc duplex est Potentia.

3tia diuisio. Adhuc triplex est Potentia. Prima quae excludit actum. Vda quae est perfecta per actum. Potentia priori modo significata, dr imperfecta, vt pote carens actu, per quem perficitur: talis est potentia ad legendum, dum quispiam non legit. vel non videt dum dormit. Modo vero posteriori significatur vt perfecta, dum ri quispiam currit, non amittit potentiam currendi sed eandem retinet per actum perfectam. Atque priorem quidem potentiam agit Arles in rebus mobilibus aut corruptibilibus non semper esse actu, sed aliquando actu carent, cum tamen eum habere possunt. Perfecta vero potentia inuenitur in ijs rebus. quae semper sunt actu. et semper actu operantur. quales sunt necessariae et incorruptibiles.

Doctrina Arlis ex superius dictis euicta. Ex ijs itaque quae hactenus dicta sunt infert Arles. 1mo. Quod quemadm. potentia in communi vtramque potentiam comprehendit, nimirum indifferentem ad esse vel non esse. et determinatam ad vnum. Potentiam excludentem actum, et potentiam per actum perfectam. Pari quoque rone possibile cum significet id quod pt esse, vel quod habet potentiam. vt sit. Comprehendit vtrumque nimirum possibile quod est indifferens ad esse vel non esse, Et quod est determinatum ad vnum. quod simul est cum actu essendi, vel operandi, et quod actum excludit.

Refutatur alter veterum error. Ac fortasse necessarium. Descendit ad alterum errorem refutandum ostenditque primum locum dandum esse de necesse. 2dm. de Possibili, 3tium. de Contingenti, 4tm. de Impossibili.

Rem autem huius ordinis assignat ex distinctione rerum assignatarum. a quibus sine dubio sumitur dignitas vocis. sed in ordine rerum dignissimae sunt necessariae. Ergo primus locus debetur illi modo qui ea significat. Pbr minor ex rone totius vniuersi, in quo tres ordines rerum inueniuntur quaedam ri res semper sunt in actu, quae scilicet nunquam defecerunt, neque vnquam deficient, quales sunt primae substantiae. Nomine autem primarum substantiarum

Tres ordines rerum.

1mus. ordo.

primarum substantiarum, nos quaslibet primas substantias intelligit, ut in praedicamento substantiae dictum est, sed separatas ab omni materia, uti est deus et intelligentiae. quas primas vocat forsan propter dignitatem, et quas nunquam habuisse potentiam sine actu affirmat.

Per primas substantias quod intelligendum.

Hisque ait assimilari modum necesse, id proprie significantem, quod proprie est) Aliae sunt res non semper habentes esse actu, cum interdum esse incipiant, interdum desinant. Unde aliquando sunt, aliquando non sunt, quibus potentia semper convenit, sed actus non semper (atque his assimilatur Modus possibile, sub quo etiam contingens clauditur) Aliae denique sunt res, quibus potentia convenit, sed nunquam perveniunt ad actum completum, aut perfectum, nec pervenire possunt. Cuiusmodi est numerus qui per adiectionem unitatum in immensum crescere potest et continuum. quod potest dividi in semper dividua. Atque his assimilatur Modus Impossibile. quia sic. Ergo necessum est ut primus locus assignetur propositioni de necesse. quandoquidem respondet rei dignissimae. alter propositioni de possibili. quandoquidem respondet rei mediocris dignitatis. Tertius de contingenti. ob similem naturam eius cum possibili. Quartus propositioni de Impossibili. quandoquidem respondet rei deterrimae conditionis. Propter faciliorem autem dispositionem enunciationum in singulis ordinibus. quatuor haec dictiones observandae sunt Argutulae vestigia, sine metu Scrutabaris. In quibus eadem observanda sunt, quae observanda erant in prioribus dictionibus.

Ordo Rerum diversae species et essentia multiplex. Tertius ordo.

Dictiones quae servandae ad faciliorem intelligentiam supra dictorum.

Cap. Pacij XIV.

CAPUT IX.

Sexta lib. pars, in qua movet quaestionem de Enunciationibus Contrariis, et solvit. Partes cap. erunt tres suo loco videndae.

Argum. cap.

Utrum aut Contraria

Quæstio. Utrum autem. 3ma cap. pars. in qua proponit quæstionem istiusm. Quæmm sint Enunciationes Contrariæ. illæ ne quorum una affirmat, suum attributum de subiecto altera autem idem attributum negat de eodem subiecto. E. G. Omnis homo est animal. nullus homo est animal. An autem illæ quæ attributa Contraria affirmant, de eodem subiecto. E. G. Omnis homo est iustus, omnis homo est iniustus.

Cuius.

Solutionem docet ex superioribus pendere. Nam si ea. Pars 2da in qua docet, quæstionem dictam pendere ex quæstione de prioribus Contrarijs, quæ quam consistunt in affirmatione et negatione eiusdem attributi de eodem subiecto, non autem in affirmatione attributi contrarij. inde sequitur, ut illæ etiam Enunciationes dicantur esse contrariæ, quæ consistunt in affirmatione et negatione eiusdem attributi. de eodem subiecto, non autem quæ in affirmatione attributi contrarij. Huius rei rationem hanc adfert. Ea quæ in intellectu sunt, sequuntur illa quæ sunt in voce. (sunt ri eorum symbola et notæ) Atqui opiniones sunt in intellectu. Enunciationes autem in voce. Ergo Enunciationes pendent ab opinionibus. ita ut si illæ demum opiniones contrariæ sunt, quarum una opinatur esse aliquid. altera non esse, Enunciationes quoque illæ futuræ sunt Contrariæ. quarum una dicit esse, altera non esse. hoc est una attributum affirmat de subiecto, altera idem attributum negat de eodem subiecto.

Ratio.

Ergo si quis ipse. Postquam ostendit Enunciationes pendere ex opinionibus, incipit deinceps ostendere. Opiniones non illas esse contrarias. quæ sunt attributorum Contrariorum. sed potius affirmatorum et negatorum. Atque primo quidem quod opiniones Contrariæ non illæ sint, quæ habent attributa contraria, ita probat. Opiniones contrariæ nequaquam possunt esse simul veræ. Atque opiniones constantes attributis contrarijs. possunt esse simul veræ.

atque illud.

Probatio

Ergo opiniones

Ergo opiniones constantes contrarijs attributis non possunt dici contrariæ. Maior clara ex regula oppositionis contrariæ: Minor pbr. Exemplo. nimirum opinio hæc. bonum est bonum. opinio item malum est malum, sunt opiniones constantes attributis contrarijs, et tum sunt simul veræ.

Ergo si de bono Probat 5. rōibus opiniones contrarias illas esse quæ consistunt in affirmōe et negatione eiusdem attributi de eodem subiecto. Rō prima est hæc. Quod si est. prima ratio.

Sed in quibus est. Probat deinde illas contrarias quæ sunt attributi affirmati et negati. Et primo quidem hac rōe unum uni est contrarium. Atqui illæ opiniones essent contrariæ, quæ habent attributa contraria. non unum uni esset contrarium, sed plura imo infinita. Ergo illæ erunt opiniones contrariæ, non quæ hnt attributa contraria. sed quæ idem attributum de eodem subiecto affirment aut negent.

Pbr minor. Huic ri affirmationi bonum est bonum, essent contrariæ opiniones affirmantes et quæ non conveniunt bono, et quæ removent ab eo illa, quæ ipsi conveniunt. E.G. Bonum est fugiendum, bonum est inhonestum, bonum est inutile. Et rursum. bonum non est amabile, bonum non est utile. bonum non est honestum. Nam omnes istæ versantur circa attributum contrarium: sunt autem eiusdem rationis fermè infinitæ: Atque sic patet opiniones illas esse contrarias. quæ hnt attributum affirmatum et negatum.

Sed in quibus est. Locus obscurissimus continens alteram rōem. Itaque pro expositione eius annotandum est similitudo inter generationem et corruptionem, ex una parte, et inter verum iudicium et falsum ex altera. 2da ratio.

Generatio ri et corruptio sunt mutationes oppositæ cum generatio sit motus a non esse ad esse. Corruptio autem. Generatio quid.

Corruptio qd. Corruptio autem ab esse ad non esse. Et sic opponuntur ad invicem per terminos oppositos scdm esse. Simili modo se hnt verum et falsum iudicium. Verum n. iudicium in eo est simili generationi, quod quemadm. generatio procedit a non esse ad esse. ita etiam verum iudicium procedit a non esse cognito, ad esse cognitum. Similiter. quemadm. generatio terminatur ad esse rei. Sic quoq; ver. iudicium eo tendit, ut res intelligatur sicuti est: imo tunc iudicium verum dr, qndo res ita intelligitur prout est. falsum vero iudicium procedit, quasi de esse ad non esse. cum sit quasi recessq; ab eo, quod est rem esse cognoscendam sicuti est, et progressq; ad non esse. hoc est ad cognoscendam rem ut non est. Ex hoc n. iudicium falsum dr, qa per illud cognoscitur res aliter, quam est.

Oppositio gnationis et Corruptionis in quo consistit. Quamobrem oppositio generationis et Corruptionis consistit in esse et non esse rei eiusdem: oppositio etiam falsi iudicij et veri consistit in eo, quod res eadem cognoscitur sicut est: aut sicut non est: Rō Ergo

Ratio. Universalis oppositionis inter opinionis sive iudicia intellectus accipienda sunt per esse et non esse. seu per affirmationem aut negationem eiusdem attributi de eodem subiecto; affirmatio n. dicit rem esse, negatio autē dicit eandem rem non

Observa. esse. Observa autem Aulem per deceptionem seu fallaciam intelligere falsum iudicium.

Si igr bonum Rō Itia. Illa sunt magis contraria, quae magis per se pugnant in veritate et falsitate.

Itia ratio. Atqui opiniones habentes attributa affirmata et negata magis per se pugnant in veritate et falsitate, Ergo.

Maior est clara ex definitione contrariorum, cum contraria sint illa quae mxē distant. Minorem sic probat.

Opinio hoc bonum

Opinio hæc bonum est bonum, verior est quam illa, bonum non est malum. Ergo hæc negativa bonum non est bonum erit magis falsa, quam hæc affirmativa, bonum est malum. Ergo duæ istæ. bonum est bonum, Et bonum non est bonum, ita se habent ut magis pugnent in veritate, quam duæ aliæ, nimirum bonum est malum, et bonum non est malum. Atque adeo inter quamlibet opinionem affirmativam et negativam reperietur contrarietas. sed inter priores maior. Probat illud deinceps Antecedens, quod verior est hæc. bonum est bonum. quam illa bonum non est malum. Nam illa secundum se est vera hoc est immediate, si ri interrogaveris, quare bonum est bonum, nulla causa dari potest: quod vero bonum non est malum, ait Aristoteles esse verum per accidens hoc est mediate et per causam. Nam si quæsieris. quare bonum non est malum. respondebitur. quia est bonum. Hæc igitur. bonum est bonum prior est in veritate. Unde etiam fit. quod si magis sit contraria hæc bonum non est bonum, quia magis pugnat cum ea in falsitate quam illa bonum est malum, Nam bonum non est bonum, sine medio pugnat cum illa in veritate, cum sit negatio veritatis immediate. At vero bonum est malum, quæ est affirmativa huius prædicatum contrarium non pugnat in veritate cum ea. nisi quia pugnat cum negativa sub ea contenta, nimirum bonum non est malum. Restat igitur dicendum illas opiniones esse contrarias, quæ idem attributum de eodem subiecto partim affirmant, partim negant. non autem quæ attributa contraria recipiunt.

Præterea si in aliis

Ratio 4ta. Essentialis aut formalis ratio alicuius rei debet reperiri in cunctis speciebus. si fuerit generica, in cunctis etiam Individuis.

Individuis si fuerit specifica: Atqui affirmatio et negatio attributi eiusdem de eodem subiecto reperitur in omni contrarietate. attributi autem contrarietas non item: Ergo potius dicendum est illas opiniones esse contrarias, quae affirmant et negant idem attributum de eodem subiecto. Probatur minor. Contrarietas enim reperitur, non tam in opinionibus significantibus accidentia. E. G. bonum, malum, album, nigrum etc. sed etiam in opinionibus significantibus substantias veluti homo est homo, animal est animal, homo est rationalis etc: In quibus praedicatorum contrarietas nulla est, quibus tamen non aliter contradicimus, quam si opponemus negationes. nimirum homo non est homo, animal non est animal, homo non est rationalis. Et sic patet quod affirmatio et negatio attributi de eodem subiecto sit non formalis, atque intrinseca, iuxta quam potius debent dici opiniones contrariae.

5ta Ratio Praeterea similiter Ratio 5ta. sumpta ab oppositis, hoc modo opiniones duae, bonum est bonum! Et non bonum non est bonum sunt simul verae. (quamuis ratione subiecti finiti et infiniti opponantur.) duae item istae eodem modo sunt oppositae, bonum non est bonum, Et non bonum non est bonum. Unde sequitur eandem esse rationem quantum ad oppositionem harum atque illarum: sed negatiua ex subiecto infinito, quae est una ex duabus primis, non bonum non est bonum. opponitur affirmatiuè de subiecto etiam infinito. quae est altera ex posterioribus duabus. hoc est non bonum est bonum, Ergo etiam negatiua de subiecto finito, quae est una ex posterioribus. opponitur affirmatiuè de subiecto finito quae est altera ex prioribus.

Quod autem negatiuae infinitae. non bonum non est bonum, opponatur affirmatiua infinita, hoc est. non bonum est bonum. Probatur. Ea scilicet non opponitur ei aliqua ex his duabus, non bonum est malum, et non bonum non est malum.

Cum utraque

Cum utraque sit simul vera. Ut constat. Ergo praedicta affirmativa infinita, hoc est non bonum est bonum. absque dubio ei opponitur, tanquam affirmatio eiusdem praedicati, quod negat. neque ri est altera quae ei opponi possit. Perspicuum autem est

Adhuc autem Aristoteles probat dictas opiniones esse contrarias. ducto argto ab eadem opinione non bonum non est bonum. Universaliter sumpta. Haec ri opinio universalis, omne non bonum non est bonum. Vera est. Ergo non opponitur ei contradictoriae aliqua particularis vera, alioqn contradictoriae essent simul verae. Atque utraque haec opinio particularis affirmativa habens praedicatum contrarium, est vera: scilicet non bonum non est malum. Et non bonum est malum, prior quidem quia datur aliquod non bonum, quod non sit malum, in genere mali. Ut constat de lapide. quod sufficit ad veritatem indefinitae opinionis. Posterior etiam est vera, cum multa non bona sint et mala. Ut notum est de avaris, et iniustis hominibus. Ergo neutra est illi contradictoriae opposita, sed sola particularis affirmatio eorundem extremorum, nimirum non bonum est bonum falsa. Diximus autem rationem hanc sumptam esse ab oppositis, quasi dicatur, ita se habent affirmatio et negatio. de non bono, sicut affirmatio et negatio de bono. Atque illa dicuntur contraria per affirmationem et negationem eiusdem attributi de eodem subiecto, non autem per affirmationem contrariorum attributorum. Ergo et ista similiter se habebunt.

Eiusdem probatio.

Quare si in opinione Pars cap. Ita. in qua Aristoteles idem censet dicendum esse. de enunciationibus contrariis et contradicentibus: quod hactenus de opinionibus censuit. hoc est illas esse enunciationes contrarias et contradicentes, quae idem attributum, de eodem subiecto, nunc affirmant. nunc negant.

Ex solutione de opinionibus solutio dicta de enunciationibus contrariis et contradicentibus.

nunt negant. non autē quod attributis contrarijs constāt. S. G.
Hæ sunt contrariæ enunciationes. Omnis homo est iustus
Nullus homo est iustus. Quidam homo non est iustus. non
autem hæ. Omnis homo est iustus. Omnis homo est iniustus.
Vel omnis homo est iustus. Quidam homo est iniustus. Rō.

Ratio

Ea enunciationes sunt notæ eorum, quæ sunt in mente, in
quorum numero, sunt etiam opiniones.

SENTENTIA STO-
ICORUM de ijs quæ libro
περὶ ἑρμηνίας continentur.

Nomina libri secundum Stoicos.

Tota hæc de enunciando tractatio refertur apud Stoicos ad
locum περὶ λεκτῶν. quod Cic. vertit. de eloquendo.
Varro de prologuendo. Quanquam Diug. August. λεκτὸν vertit
dicibile, verbum reddens verbo. Dicibile aut apud Stoicos

Divisio dicibilis.

teste Laertio 2plex est. nimirum in se perfectum. et deficiens.
deficientia dicibilia dicebant esse illa, quæ hnt enunciationē

Deficientia quid.

completam. S. G. scribit, ambulat, ꝛc: Per se aut perfecta

Per se perfecta quid.

illa, quæ completam hnt enunciationem ut Socrates scri-
bit. D. August. Eadem dicibilia vocat, alia simplicia, alia

alij vindicant in simplicia et dicibilia coniuncta: quæ sunt duplicia.

coniuncta. Simplicia dicit esse illa, quæ unum significant.
Coniuncta, quæ sibi connexa res plures significant. Ut homo
ambulat ꝛc: Rursus dicibilia coniuncta apud Laertium sim-
plicia sunt, alia, quæ non complent sententiam. Ut homo currēs
per forum (hic n adhuc pendet oratio) alia, complent
quidem sententiam, sed non faciunt quæstionem, hoc est, non
significant verum aut falsum. Quales sunt interrogationes,
orationes imperantes, dubitantes, compellantes, optantes, exe-
crantes, adiurantes, exponentes. supponentes ꝛc:

aliæ insuper

Illi insup sunt, quae complent sententiam, et significant verum vel falsum. Ut homo ambulat. Hoc ultimum genus vocant Stoici Axioma, quod vocabulum vertit Cicero in Lucullo Effatum, Tusc. l. Pronunciatum, in lib. de fato, Pronunciationem et Enunciationem. Varro Prologum. Axiomatis varia versio.

Illud tamen eo loco observa eadem esse apud Stoicos quodammodo Dicibilia, quae et Categorimata et λεξεις. in eo tamen differunt quod Categorimata tunc vocantur, quando ita considerantur. Ut de aliquo, vel de aliquibus praedicantur. λεξεις vero. Ut in voce et cum voce foras prorumpunt. λεκτα denique seu Dicibilia, si in animo inclusa tenentur mox eruptura. Hinc illud dogma Stoicum originem traxit, quod ex Categorematis componantur Axiomata, seu Pronuntiata, et rones. in quibus summa est dialecticae. Est ri definitio Categorematis apud Laertium haec. Categorema est quod de aliquo dr. vel Categorema res constructa de aliquo, vel aliquibus. Ex qua definitione cognoscere potes, duo includi in definitione Categorematis: illa ri verba de aliquo, aut de aliquibus. notant subiectum; (Ut Peripatetici vocant) illud vero verbum. dicuntur. notat praedicatum; duo ri haec omne Enunciatum componunt. Observa. Categorema quid.

Dividebant autem Categorema. Ut Prisci. lib 3. autor est. in tria genera, nimirum in συνβαματα, παρασυνβατα, καὶ ασυνβαματα. Συμβαματα, dicebat esse illa quae per casum nominativum absoluuntur. Ego curro. Petrus currit. 2c. Divisio Categorematis. 1m

Παρασυμβαματα vero. in quibus cum nominativo aliquis etiam obliquus casus profertur. Ut Cic. Patriam servat. 2dm.

Ασυμβαματα denique, quando ex duobus obliquis casibus, Constructio fiebat, Ut placet mihi venire ad te 3m

Extat et alia Categ.

Alia diuisio Categorematum. in Recta. Supina. Neutra

Stat et alia Categorimatum diuisio apud Simplicium in Categ. Artis. Ubi inqt. Categorematum ~~diuisio~~ alia sunt recta, alia supina, alia neutra. Recta sunt quæ hnt motum tendentem ad alterum, E. G. Ego curro, ille verberat &c: Supina autē sunt quæ construuntur cum passiua particula, seu quæ spectantur ex habitudine ad agentem Ut ego audior, ego videor. Ille verberatur &c: Neutra deniq sunt, quæ neutro modo se habent. Ut sunt sapere, ambulare &c:

Materia igr Pronunciatorum seu Αξιωματον allata, agamus deinceps de ipsis pronunciatis seu Enunciationibus. Ante omnia autem illud sciendum est. Stoicos nomine Pronunciati seu Axiomatis intelligere et principium immediatum quod necesse est hoēm unumquemq qui discere vult (quod Comune habent cum Peripatetis) præterea ipsam αποφανσιν hoc est oratione Enunciantem. teste Ammonio in lib. Herminias. Ubi inqt. καλουσι δε στωικοι αποφαντικον λογων αξιωμα.

Axioma quid. Cæterum Axioma definitur apud Laertium sic. Axioma seu Pronunciatum est illud quod est verum aut falsum aut dicibile per se perfectum negans aut affirmans, quantum in ipso est: Ut Crisippus ait in dialecticis definitionibus Pronunciatum est id, quod aut affirmat aut negat. hoc quod in ipso est veluti dies est. Appellatum est igr Axioma quod assensus illi præbeatur vel non, qui ri dicit dies est. sentire videtur diem esse. Si igr eo dicente dies est verum fit propositum, pronunciatum. Si autē non, est falsum.

Cur dictum Axioma.

Diuisio Axiomatum. Simplicia.

Axiomata aut sunt 2plicia. Simplicia et Coniuncta. Simplicia sunt quæ constituta sunt neq ex se connexo Enunciato neq ex Enunciatis pluribus, veluti hæc dies est. Socrates ambulat.

Coniuncta vero.

Coniuncta vero sunt quae constant, vel ex enunciato ex se connexo, ut si dies est, dies est, ut si lucet lucet, vel ex pluribus enunciatis ut si dies est lux est si homo est animal est. Coniuncta.

In his posterioribus potissimum elaboraverunt Stoici. Simplicia axiomata ri dividebant in 6. gna. 1mum vocabant ἀπὸ φατικὸν quod Cic. in Topicis vertit. Negans contrarium agenti: ut si hoc est illud non est. Hoc genus Aristoteli est ἀντιφατικὸν. Vulgo Contradictorium. 2dum ἀρνητικὸν. hoc est universe negans. Apud Artem vero talia axiomata vocatur ἀποφανσεις ἀφ' κατολοῦ. hoc est negationes universe enunciatae: ut nullus homo ambulat. Simplicium 6. gna. 1m 2dm

Ultimum στερητικὸν. hoc est privans quod constat ex particula privante, ut ille est inhumanus. 4tm. κατηγορικὸν. hoc est praedicativum, quod constat ex casu recto et categoremate, ut Socrates ambulat. 5tm. ἀορισὸν indefinitum. quod constat ex indefinita particula ut aliquis ambulat. 6tm. καταγορεστικὸν. hoc est compellativum, quod constat ex casu recto demonstrativo et categoremate. ut hic ambulat, iste currit. 3tm. 4tm. 5tm. 6tm.

Omnes tamen has species revocabant ad tria genera. dicebant ri axiomata simplicia alia esse definita alia indefinita, alia media. Definita quae quae indicando proferuntur. ut iste ambulat. Indefinita vero in quibus aliquid est infinitum et non terminatum: ut quispiam sedet. Simplicia reducuntur ad gna tria. Videlicet in Definita. Indefinita et

Media, quae sic proferuntur. ut homo sedet. Virtus laudatur, haec de simplicibus pronunciatis. Media

Coniuncta vero axiomata dicebant esse alia συνημμένα. hoc est connexa. quae nimirum constant, ex connectente coniunctione si, quae coniunctio denunciat consequens esse. Similiter Coniuncta. 1m.

Consequens esse secundum primo: E.G. Si dies est, lux est.

2dm. Idem genus est συμπεπλεγμενον hoc est Coniunctum quod Coniunctionibus copulatiuis est complicatum, Ut. Et dies est et lux est.

3tm. Itium διεζευγμενον. hoc est disiunctum, quod per coniunctionem disiunctiuam est disiunctum, Ut aut dies est, aut nox est.

4tm. Quartum. αιτιοδις, hoc est causale quod constructum est per quia: Veluti Quia dies est lux est. qa homo est animal est.

5tm. Quintum. διαβαφων το μαλλων. declarans magis quod constructum est ex Coniunctione declarante magis.

6tm. Ut magis dies est quam nox. Sextum. διαβαφων το ηττον. hoc est declarans minus, estque contrarium suprapposito: Veluti minus est nox quam dies.

Haec quae quae hactenus dicta sunt pertinent ad considerationem Axiomatum absolutam. Nunc sequitur locus ille ad quem referuntur Axiomata. quae mutuam inter se affectionem habent, hoc est aut secum dissident. aut conueniunt. id quod Vel reciproce Vel aequiualenter. Primum illud genus vt. αντικιμενον. Cicero Vertit Contrarium. Alterum vero μεταπιπτον reciprocum. Αντικιμενον nihil aliud est quam pugna enunciationum cuius 4. genera tradit. Cic. in Top.

Contrarium qd. et eius genera 4.

1m. Alia ri Axiomata sunt aduersa. quae nimirum constant Categorematis E.G. Sapientia, stultitia, alia priuantia, Ut Humanitas inhumanitas.

2dm. Alia quae cum aliquo conferuntur. Ut duplum, simplum.

3tm. Alia eadem contraria. quae appellantur negantia, Ut si hoc est, illud non est. Quanquam apud Stoicos hoc postremum genus dr αντεισιμενον. quod Peripateticis est κατα φατικον. και απο φατικον.

quorum Ma

quorum Unum scilicet agit negat alteram. Hinc illa est a:
pud Agellium lib. 16. cap. 8. Definitio Contrariorum ex
sententia Stoicorum. Contraria inquit sunt, quae simul esse Vera
nequeunt. Talium Contrariorum assignabant duo genera: alia
ni erant disiunctiva (quae Artis est ἀντιφατικὰ Vulgo
Contradictoria.) alia subdisiunctiva (quae Aristoteli con:
traria subcontraria, et subalterna recentioribus Peripateticis).
Disiunctiva sunt quarum Una posita, necessum est tolli
alteram, et sublata Una, necessum est poni alteram.
Ut aut dies est aut nox est. Subdisiunctivum autem du:
plex est. Unum cum ex propositis finibus ita potest Utrumque
esse, Ut neutrum possit esse. Ut aut sedet aut ambulat.
alterum, cum ex propositis finibus, ita non potest neutrum
esse, Ut possit esse Utrumque. Ut omne animal aut facit
aut patitur. nullum ni animal est, quod nec faciat, nec
patiatur. Atque possit simul et pati et facere.
Eadem subdisiunctiva etiam alia divisione dividitur in
ea quae sunt ex Universo. (Tales sunt apud Peripateticos
Enunciationes Contrariae). Et quae ex parte. quae Peripa:
teticis sunt subcontrariae.

Tandem descendamus ad ea quae μεταπιπτοντα
dicuntur. hoc est reciproca. Illa scilicet. quae ita secum conferun:
tur Ut Unum alteri consentiat, in Veritate aut falsi:
tate. μεταπτοσιν ergo ista ἀξιωματον diducebant
Stoici in tria genera. Unum esse dicebant illud
in quo casus et migratio fit falsa. Ut omnis homo est
animal. Omne animal est homo. Graece ἀναστροφή.
Hoc genus dicitur secundum in quo migratio fit
in Vera.

Alia Contrariorum definitio et Divisio

Disiunctiva.

Subdisiunctiva. Duplicia

Ideo eorundem divisio.

Reciproca. Duplicia

Primum.

Secundum.

in Vera: Ut nullus homo est lapis. Nullus lapis est homo.
Graece ἀντιστροφή.

Item Tertium in quo migratio fit in eadem ὑποδιαιρεία.
Ut si mutuo accepisti, et non reddisti. debes mihi argentum, sin autem
non accepisti mutuo, neque reddidisti, non debes mihi argentum
Rursum ὑποδιαιρεία est propositionum con:
uersio in qua ordo terminorum non
mutatur, sed qualitas mutatur
E. G. Quidam homo lauat.
Quidam homo non lauat
Quidam homo ambulat.
quidam homo non
ambulat.

IN LIBRVM I. ARISTOTELIS ANALYTICORVM Priorum Notae.

CONNEXIO. Argumentum et Subiectum libri.

Egit Artes prioribus libris de Vocibus simplicibus et de Enunciationibus. quae sunt partes Syllogismi: Ordo requirebat. Ut ageret de ipso Syllogismo, quod praestat duobus hisce libris. quos Vocamus priores Analyticos. Ex quo patet subiectum horum librorum, esse Syllogismum. In iis ni de Syllogismo simplici, ea explicantur quae pertinent ad ipsius formam et constructionem, nulla habita ratione alicuius particularis Materiae, ad probandum aptae.

Subiectum duius libri. Syllogismus.

Secundum formam siue simplr.

Quamobrem

Quamobrem solet dici a Dialecticis subiectum horum libro-
rum esse Syllogismum secundum formam, quem recentiores vocant
Syllogismum simpliciter, non autem contractum ad certum aliquod
materiae genus, necessariae scilicet aut probabilis, aut apparentis.

Ratio Inscriptionis.

Etsi libri duo, quos nunc explicandos sumimus, et posteriores alij duo
qui sunt de demonstratione communi nomine vocantur Analytici,
nisi quod praesentes duo vocentur Priores, sequentes alij Posteriores. — Librorum Analyticorum differentia.

Ratio huius Inscriptionis ut intelligatur. sciendum est primo ex ra-
tione seu resolutionem contrariam esse compositioni: nam resol-
vere dicimus tum, quando id totum, quod ex pluribus confectum est
diducimus in partes ex quibus constat. quomodo S. G. orationem
resolvere dicimur in dictiones, deinde in syllabas, ultimo in
litteras. non potest autem rectius intelligi utrum id quod ex pluribus
compositum est perfectum, omnibusque partibus absolutum sit quam
cum in partes suas resolvitur: ita ni fit ut vel nihil ad eius
perfectionem desiderari; vel aliquod vicium subesse deprehen-
dere facile possimus. Unde in omni scientia, in qua conclusio-
nes ex propositionibus praemissis confirmantur, opus est reso-
lutione: propterea ut plane intelligere possimus utrum recte
conclusio ex praemissis confirmata sit, an non. Verum
resolutio duplex est. Una est consequentiae ut vocant. altera
consequentis. Resolutio consequentiae, nihil aliud est nisi re-
vocatio consequentiae ad sua principia, quae nulla alia sunt, nisi
propositiones et termini, cum ad inferendam conclusionem
legitime et accommodate disponuntur: Hanc resolutionem vulgo
vocant Resolutionem conclusionis secundum formam: hoc est secundum
modum et figuram. Consequentiam igitur tum resolvere
dicimur, cum eam ostendimus esse bonam, quia constat proposi-
tionibus ac terminis ad inferendam conclusionem bene dispositis.

Resolutio quid.

Praeterea eiusdem Artificis est componere et resolvere.

Resolutio duplex.

Resolutio consequentiae quid.

Nomina eius

Resolutio vero consequ.

Consequentis resolutio qd. Resolutio vero consequentis, nihil aliud est, quam alicuius Consequentis aut Conclusionis necessariae, ad sua principia ex quibus infertur revocatio. Quod tum fit, cum ostendimus Conclusionem necessariam, illatam esse ex principijs veris, necessarijs et primis, quibus scilicet nemo repugnare potest. Id etiam resolutionis genus vulgo vocant resolutionem Conclusionis in sua principia secundum Materiam. Prior igitur forma resolutionis continetur duobus libris praesentibus. Posterior autem duobus reliquis. Atque ideo optime omnes hi libri 4. vocantur Analytici, hoc est resolutorij; ita tamen ut hi duo appelletur analytici Priores, reliqui autem posteriores. Rs.

Nomina.

Omni resolutio Consequentis quae traditur in libris de demonstratione posterior est hac resolutione Consequentiae, quae traditur praesentibus libris duobus: nisi ri constet Consequentiam esse bonam, non potest constare. Utrum ex necessarijs propositionibus efficiatur Conclusio, seu Consequens necessarium.

Diuisio operis.

Tractatio Prior Analyt. diuiditur in duos libros. Primus tradit Naturam Syllogismi. Alter facultates, vitia, et species Syllogismi.

Libri 1mi partitio. Rursus primus liber potest secari, in tres partes. In prima agitur de ratione formandorum Syllogismorum, In 2da. de Copia Propositionum seu de ratione inueniendi Medij. Quomodo scilicet ad unamquamque quaestionem concludendam argumenta apta haberi possint. In tertia denique disserit de resoluendis Syllogismis.

2di libri diuisio. 2di item libri tres sunt partes. in prima adferruntur sex potestates Syllogismorum: in 2da adferruntur vicia Syllogismorum. In tertia habetur doctrina quarundam Argumentationis specierum, quae omnes ad Syllogismum reuocantur.

Caput. 1.

Tria sunt quae

CAPVT: I

Tria sunt quæ docente hoc cap. Primo enim exponit Arlēs intentionē totius doctrinæ, quæ continetur duobus libris Priori Analiticorum idē proponit dicenda hoc cap. 3.o ea quæ proposuit ordine exponit. Argum. cap. Textus Carpentarij

Lm dicere oportet. Exponit intentionē totius istius operis. Ex hoc autē loco scies libros Analiticos q. esse coniungendos, et universā doctrinā conficiendorē syllogismorē eē susceptā primario propter Demonstrationē, quæ est instrumētū scientiæ. ~~Postea definire~~ Versati

~~Jam pro proposito~~ Differt Demonstratio ab arte demonstrandi tā quam actus ab habitu, eodemq. fere modo, quo ars statuaria ab ipsa statua, ars enim demonstrandi ē habitus quidā quo instructi demonstrationē ipsā facile perficimus, quo pacto ars statuaria ē habitus, quo statuarius instructus facile statuā effingit. Demonstratio

Postea definire

~~Est hæc pars~~ Pars secunda Cum

Propositio igr. Pars tertia Primo aūt definit Propositionē, et partes definitionis explicat Est igr.

Jam vero Propositio Ostendit quonā differant, et conveniāt propositio dialectica, et Demonstra. Differunt in eo, quod Demōstra Propositio ē altera tantū pars Affirmationis, hoc ē vel Affirmans tantū vel negans tantū. Dialectica aūt cōplectitur vtramq. contradictionis partem. Rō quia Demonstratio vtitur Propositionibus per se notis ac necessarijs, quæ scilicet nō egent consensu alterius. Atqui Dialecticus quandoquidē ratiotinatur ex probabilibus, hoc ē quæ possunt negari ab eo qui cum disputat cogitur fatere ab eo an propositionē existimet veram, Alioqui nisi id faciat frustra argumentabitur. Conveniunt autem quia vtraq. est apta ad conficiendum syllogismū. Eo aūt. Discrimen Propositionum et Convenientia

Terminus vero Definitio Extremi. Extrema aūt in quæ Propositio. Extrema quot

Textus Carpentarij. Propositio resoluitur duo sunt: quorum unum vocatur subiectum, alterum Attributum seu praedicatum.

Ratio tionis Necessario

Syllogismus aut. Definitio Syllogismi

necessario Necessitatem intellige formae, quae nimirum sunt, in certo modo, et certa figura; non autem materiae: necessitas enim formae inuenitur etiam in materia contingenti, et falsa non tantum in necessaria, nota tamen illud, quod Alexander et Boetius admonent, definitionem hanc Syllogismi non conuenire Syllogismis falsis, eo quod Syllogismi falsi ad scientiam nihil conferunt.

Obserua.

Perfectum. Perfectum igitur. Diuidit Syllogismum in eum qui est perfectus et qui est imperfectus. Perfectus Syllogismus est, qui praeter eas Propositiones, ex quibus constat nihilo eget, quod euidentiam illatae conclusionis manifestet. quales Syllogismi omnes, in prima figura facti. Imperfectus aut Syllogismus est, qui vel uno vel pluribus eget ob euidentiam conclusionis manifestandam, uno aut ego redicuntur illi Syllogismi, qui per solam tantum conuersionem Propositionum reducuntur ad perfectos, quales erant ij Syllogismi qui construuntur in Modis Cesare, Festino, Darapti, Datisi, Ferison. Pluribus aut qui praeter conuersionem etiam transpositionem praemissarum requirunt, tales erunt Syllogismi facti in Camestres Disamis, In summa Imperfecti Syllogismi sunt omnes ij, qui fiunt in figura 2da, et tertia. Nota autem diuisionem praesentem Syllogismi esse talem quae est subiecti in accidentia.

Syllogismi diuisio.

Perfectus quae.

Imperfectus quae.

Est autem

In toto autem Vltimo exponit quid sit esse in toto, et dici de omni, quid item esse in nullo, et dici de nullo. Est igitur esse in toto, quoties subiectum est in toto praedicato. dici autem de omni est, quoties praedicatum dicitur de omni subiecto, hoc est de omnibus eius partibus. Contraria est ratio tamen dici de nullo, et esse in nullo. Nota haec duo, nimirum dici de omni, et dici de nullo esse principia dirigentia

Esse in toto quae.

Obserua.

omnium. Syllo

omniū syllogismorū, potissimū aūt, primæ figuræ, atquā omnes ceteri syllogismi aliarū figurarū reducuntur.

CAPVT II

Agit hoc cap de Conversione Propositionū, per quā syllogismi 2dæ et tertiæ figuræ nonnulli revocantur ad syllogismos primæ figuræ, tanquā imperfecti ad perfectos, et primū quidē earū, quæ simplices seu Categoriæ dicūtur, deinde verò modificatarū. Argtm cap. 2di.

Cum autē omnis. Præmittit divisionē Propositionū convertendarū triplicē. Prima hæc est. Propositiones aliæ sunt simplices, ut homo currit, aliæ modificatæ ut necesse vel cōtingit hominē moveri. 2da. Aliæ sunt affirmantes negantes aliæ. Tertia Aliæ sunt in toto, aliæ in parte, aliæ indefinitæ. At verò. Divisio Propositionum. 3plex.

Propositionē de eo. Tandē adfert rationē convertendarū ppositionū. Primo autē Propositionis Universalis negantis quæ simplici conversione convertitur in universalē negantem ut nullus homo est lapis, N. lapis ē homo. Attributivam. Deinde universalis affirmantis, quæ convertitur conversione p accidens, hoc est in particularē affirmationē, ut omnis homo ē al, aliqd al ē homo, tandē particularis affirmantis, quæ simpliciter convertitur in particularē affirmantē ut quidā homo ē Grāmaticus, quoddā Grāmaticū ē homo. Particularē autē negantē ostendit non posse converti, quandoquidē ut convertens ita et conversa interdū non sint simul veræ uti hæ, Aliquis homo non est al. Aliquod al, non est homo. Negantē

1m igr propositio. Probat Propositionē universalē negātē recte converti in universalē negantē. Quoniā aūt Artes utitur Exemplis terminorū non significativorū α. ē β. adhibendi sunt significativi obscuritatis vitandæ causa sensus itaq, Probationis Aristotelicæ hic est, nisi hæc Principio igr. *

Enuntiatio

Enunciatio. Nullus lapis est al, Convertitur in hanc. Nullū al est lapis, tum poterit esse Antecedens verū et Consequēs falsum. Quod si Consequens est falsū. Contradictoriū eius erit verū, nimirū Quoddā al est lapis. (Cū Contradictoria ita se hēt, ut si unum est falsū, alterū necessario erit verū.) Sin autē aliqd al E. g. Equus est lapis. Ergo aliquis lapis est al. Quod si aliquis est animal, non erit illa vera prima Enūciāo. Nullus lapis est al, cū hæ duæ sint contradicentes, hoc est Quidā lapis est al, et Nullus lapis est al

Si igitur — At si ~~vera~~ vera tō α. Prima illa Propositio fuit vera, necessaria est Conversio universalis negātis in universalē negātē.

Quod si di — At si tō α. Probat deinde universalē affirmationē recte converti, in particularē affirmationē, nisi enim hæc Propositio. Omnis homo est animal convertitur in hanc Aliquod animal ē homo, tum dabitur Antecedens verum et Consequens falsū. Si autē Consequens est falsū Contradicens eius erit verū, nimirū. N. al est homo, Atqui hinc consequeretur per p̄cedentem regulā. Quod N. Homo sit al, quod adversatur primæ propositioni, huic nimirū. Omnis homo ē al. Cū ergo hæc simul stare non possunt, necessario convertitur universalis affirmatio in particularē affirmantem.

Est aut. — Similiter fit. Probat tertio Particularē Affirmationē converti in particularem Affirmationē simplr. Nisi eñ hæc Propositio. Quoddā al est albū converteretur in hanc. Quoddā albū est animal tū dato Antecedente vero, Consequens erit falsū, si aut Consequens hoc est Quoddā Albū ē animal est falsū Ergo Contradictoriū eius erit verū, nimirum Nullum Albū est Animal. Unde sequitur per

primam.

primá regulam. Nullũ al est albũ, quod contradicit pri
mæ propositioni. huic scilicet. Quoddã al est albũ; Et
sic conuersio particularis affirmationis in particularẽ affir
mationẽ est optima.

Si vero ẽo α Ostendit particularẽ negationẽ nõ con
uerti in particularẽ negationẽ, nõ enĩ sequitur, nõ necessariũ
Quoddã nõ al non est homo. Ergo quidãm homo nõ est al;
cum omnis homo sit al, neq; opus est alia ratione impugna
re hanc conuersionẽ, præterquã in subiectis exẽplis; cum
eñ conuersio propositio sit consequentia necessaria si semel
Atecedẽs deprehendatur verũ, Consequens aut falsũ, satis con
stare pt illã conuersã esse falsã, hoc est vitiosã.

Eodem aut modo. Postquã tradidit rationẽ cõuertendarũ
Enũciũm simpliciũ, tradit etiã modificatarũ. Incipit aut ab ijs
quæ sunt necessariæ, quarũ eandẽ esse conuersionẽ dicit, quæ
sunt etiã simpliciũ. Uniuersalis eñi negans conuertitur
in uniuersalẽ negantẽ. Hæc scilicet Necesse est nullũ lapi
dẽ esse hominẽ, conuertitur in hanc, Necesse est nullũ ho
minẽ esse lapidẽ. Uniuersalis itẽ affirmatio, conuertitur in
particularẽ affirmationẽ, vt necesse ẽ omnẽ hominem
esse al, Necesse est aliquod animal esse hoẽm. Particularis
itẽ affirmatio conuertitur in particularẽ affirmationẽ, vt
necesse est aliquẽ hoẽm albũ, Necesse est aliquod albũ ẽẽ
hoẽm. Negationes autẽ particulares docet non posse cõuer
ti. Rationes istarũ omniũ cõuersionũ modificatarũ Enũci
ationũ, eædẽ sunt quæ erant simpliciũ

Quod attinet. Transit ad Enũciationes Contingentes cõ
uertendas. Sed quoniã contingens multis modis dr, ideo
primo exponit.

Quod si dicas

Particularis negans non conuertitur.

Cap. III.

Idẽ erit.

Atqui cõtingẽ.

Contingens dr 3ptr. 1mo. Primo exponit Ptes modos eius tres, dr enim primo cōtingens illud, quod est necessariū vt contingat hoēm esse al, 2do. Quod necessariū nō est, sed cū actu quidē sit, potest nō esse postea, vt contingat hominē esse albū. Tertio quod nō dū est actu, potestate tamē est, vt contingat hominē ambulare, nimirū qui nō dū ambulat sed ambulare potest

Sane in affir. in affirmatiuis oibus. Tradit diuisionē contingentiū propositionū. tradit rationē conuersionis earūdem. Docet autē primo vniuersales, at particulares affirmationes conuerti in particulares affirmationes, vt contigit omnē hoēm esse albū. Ergo contingit aliquod albū esse hominē. Itē cōtigit aliquē hoēm currere, ergo contingit aliqd currens esse hominē. Ratio vtriusq conuersionis eadem ē ac superioribus.

Na negātib. In negantibus res. Sensus est. Contingentes negatiuae, vt vniuersales, ita particulares si idem valent, quod necessariū, tum eodē modo conuertuntur, quo et simplices et necessariae. hoc est simplicibus E.g. Contigit nullū lapidē hominē esse. Ergo contingit nullū lapidē esse hominē. Itē contingit aliquē lapidē non esse animal, Ergo contigit aliquod al non esse lapidē.

Quae uō di. Quae vero eo quod Docet Propositiones contingentes negātes secundi et tertij modi. nō eadē ratione conuerti, qua cōuertebātur propositiones contingentes negantes primi modi, sed vniuersalis quidē negans, conuertitur in particularem negātē. Particularis itē negans in particularē negantē Exempli grā. Hoc contingit Nullū hominē ambulare. Conuertitur in hanc. Contingit aliquod ambulans non esse hominē. Itē hoc Contingit aliquē hoēm nō currere Conuertitur in hanc Contingit aliquod currens non esse hominē. Huius rei rationē pollicetur Aristoteles se

traditur

traditurū Cap. 14. In præsentia hoc tantum.
Submonet dictas Enūciationes modificatas omnes esse affirmatiuas, quod equidē docuerat περὶ ἀρμενείας. quod affirmatio, et negatio Enūciationū modificatarū constituta sit in earū modis. in præsens

Cap. IV.

His definitis iam. Sub finē capitis proponit dicenda et assignat rationē cur prius agendū sit de syllogismo in genere quam de demonstratione. His ita

CAPVT III

Traditis principijs syllogismi materialibus (hoc ē terminis et propositionibus) et regulatiuis. (hoc est dici de omni, et dici de nullo) perficiente itē (hoc est conuersione) descendit iā ad principia formalia, hoc est ad figuras et modos. Qm aūt figuræ sunt tres, hoc capite ait de prima docens quomō conficiantur syllogismi in prima figura. Capitis partes duæ principes, in prima habetur definitio primæ figuræ, in altera exponūtur eiusdē modi. Argtm cap. 3. Carpentarij

Cum igr tres. Prima pars, in qua est definitio primæ figuræ, et extremorū, quæ constituūt primā figuram definitur figura sic. Figura prima est. in qua mediū ita disponitur. ut primo toti, hoc est maiori extremo uniuersaliter sumpto subijcitur (quod fit in iōri propositione) Postremū aūt totū, hoc est minus extremū uniuersaliter sūptū modio subijcitur (quod fit in nōre propositione. Obserua autē definitionē hanc duobus tantū modis primæ figuræ competere uni, qui vulgo vocatur Barbara, alteri qui Celarent. Ex eadē definitione figuræ cognoscitur etiā definitio extremorū. Quandocūq Figura prima quid. Obserua

Nam si Zōæ. Dicit mediū in prima figura habere sitū mediū. Et sitū

situ medium, propterea, quia parti subijcitur parti attribuitur. Cum maius extremum attribuatur tantum ideoque vocatur primum. Minus item extremum subijciatur tantum ideoque vocatur ultimum.

ctrinam omnemque disciplinam fieri ex antecedente cognitione nunc
docet, quae sint illa quae ante cognoscenda sunt. Ut autem id rectius
intelligi possit Observa primo ad demonstrationem tria pertinere: Primum
est quaestio, quae demonstranda proponitur. E.G. An homo sit
risibilis. Alterum propositiones ex quibus fit demonstratio quae:
stionis: E.G. Omne Rationale est risibile. Et omnis homo est rationalis
ex quibus sequitur omnis homo est risibilis. Tertium Principia seu Axi:
omata, quorum robori innituntur propositiones. E.G. Impossibile est duo
contradictoria esse simul vera: Ex hujus enim principii veritate
evenit ut illae duae propositiones adductae illam quaestionem pro:
bent, aliter si iis concessis negaret aliquis conclusionem.
Observa 2do Non omnia haec tria quae diximus actu con Observa.
stituere demonstrationem; sed tantum duo priora

Propositio confirmatur

Ad demonstrationem cognoscenda pertinentia sunt. 3.

Etenim principia

Etenim principia extra demonstrationem sunt. Ut igitur ad sensum
praesentis doctrinae Aristotelicae accedamus docet hoc loco Aristoteles
eum qui syllogismum demonstrativum facit aut qui per eundem
convincitur debere ante cognoscere tria: duo quidem ratione
ipsius quaestionis unum autem ratione ipsarum propositionum et prin-
cipiorum. Ratione inquam quaestionis duo quae constat duabus
partibus. Subiecto nimirum et attributo. De subiecto itaque quae-
stionis duo sunt ante cognoscenda. hoc est Quid sit (intellige
Quid nominis seu quid sciat quod Quid rei) nimirum quid sit
et An sit (intellige simplex.) De attributo vero cogno-
scendum est prius Quid sit (etiam quod nominis et quod rei)
Ad extremum ratione propositionum et principiorum ante cognosce-
dum est An sint (sed complexum. hoc est num sint vera)
Sic 3 sunt quae ante cognoscenda erunt in demonstratione ni-
mirum subiectum attributum quaestionis et propositiones. duo autem
praecognitionum quae nimirum An sit et Quid sit. Quod at-
tinet ad explicationem Aristotelis. per unitatem intellige subiectum
quaestionis. per triangulum attributum eiusdem quaestionis:
per 2o. In quacumque re vera est affirmatio aut negatio
Principium. Sed nota hoc exemplo uti Aristotelem tanquam vero
cum revera verum non sit: vel propterea quia triangulus est
unitas non possunt ingredi in unitatem demonstrationem cum
unitas pertineat ad demonstrationem Arithmeticae triangulus
autem ad Geometricam: vel propterea quia triangulus in de-
monstrationibus Geometricis locum subiecti obtineat
cognoscendae vero Licet autem ut quis notum.
Ubi docuit qualis sit antecedens cognitio ex qua habetur demon-
strativa scientia, docet deinde quae sint ea quae ita cognoscantur.
Cum autem tam in demonstrationibus quam in aliis syllogismis consideratur
propositiones et conclusio. hic loquitur Aristoteles de praecognitione propositionum
mox.

partes propositionum quae. e subiecto quae sunt cognoscenda. De attributo quae.

Aristotelis exempla explanantur.

Observa.

mox acturg de Precognitione conclusionis. Quod igit attinet ad primã propositionem
ea constituuntur in vltimi dicto. aliãs si eam precognoscantur per quemlibet
aliam antecedentem cognitionem, quales ã illã huc vltimatur possibile:
gressus, aliãs vero ã per se euidentes. qualia sunt Axiomata. S. G.
De totum maius est sua parte. et quod ꝑ sensum cognoscuntur.
S. G. Hoc quod descriptum in semicirculo est bilingualum.

Ac fatendum est. Et primum indurent

togtur de Precognitione Conclusionis. Et primo ondat eam quoꝺ quodam:
modo cognosci antequã probetur non quod vera precognoscatur ꝑpria: Entis et
cognitione propria seu distincta, sed tñ precognitione Entis et cor: Propria.
fusa quatenus est cognitio Entis, cognoscitur ipsum particulare. seu
Itaq; sit Conclusio quoꝺãmodo precognoscitur confuse est et Confusa et
impropriè) quoꝺammodo aut non precognoscitur distincte est et indistincta.
propriè) sed probanda erit. Quia itaq; huius doctrinæ est ii: Cognitio qua
tequam maiori ꝓposita antea probata adiecta fuerit minor ipsa plex.
Conclusio aliquomodo scietur et aliquo modo non scietur. quidam qua:
tenus sub ista Entis probata continetur quid cognita Vt confusa
est Vniuersalis. ignorabitur autem quatenus non inducitur. Propterea
quid cognitionem conclusionis fuit distinctam. ideoq; nisi adiecta fuerit
minor. ipsa Conclusio ignorabitur distincte.

Hinc Corollarium. Sit minor ea dubitabit.

Docet quoꝺ ꝑ deductam distinctionem cognitionis Entis est ea
Confusa et distincta. Soluatur obiectio Platonis in Menone. Obiectat
dubitat Meno quasi nihil possimus discere. ideoq; frustra a nos
quæri scientiam, ea vi quã habemus noviamus, frustra quærimus aut discimus
cum id habeamus: quid vero adhuc non noviamus ac etiam frustra Socratis qui
discimus et quærimus, ea quamvis nos occurant, tamen a nos non quomodo re
cognoscentur ꝑ eadem eas non noviamus. Hanc dubitationem ibidem tur.
soluit Socrates vt hunc sensum. Quod discere nihil aliud est quã:
tenus ꝺeminisci animam vi humanam cum sit immortalis olim noscit
prius ꝑ in corpus migrauerit. sed postea se corpori adiunxit
omnium obliuisci.

omnium oblita est. proindeque discere est reminisci, et agnoscere ea
quae prius novit. Arist. antequam hanc responsionem absurdum esse dicit,
ideoque docet incidere homines in hunc errorem Socratis posse, nisi
Menonis Sophisma solvamus per distinctionem cognitionis a se
expositam. Hac igitur ratione vult Aristoteles distinctionem suam confir-
mare, quod per eam solvitur Sophisma Menonis, aliàs insolubile.

Sophismatis Menonis solutio.

Solutionis hic est sensus. Discere non quae scimus in universali tantum
et confuse, in particulari autem et distincte ignorabamus, atque pro-
pterea id dicimus; non igitur absurdum est, id nos discere, quod
scimus. scimus enim in universali, discimus autem in particulari.

Neque enim. Non enim ita dicendum

Eadem ratio solvitur.

Docet adhaec per eandem assignatam distinctionem cognitionis sol-
vi aliud Sophisma ab aliis praeterea solutum. Et Sophistae
quispiam eum qui demonstraverat omnem binarium esse parem
interrogabat num sciret omnem binarium esse parem nec ne;
postquam demonstrator dixerat se scire tum Sophista aliquam par-
ticularem binarium ostendebat quem manu occultaverat, ita ut
demonstrator eum binarium particularem ignoraret esse in [illegible]
Natura et consequenter eum esse parem. Obiciebat ergo demon-
stratori sic. Propterea quia ignorabas hunc esse binarium,
falso asseruisti omnem binarium esse parem: Siquidem hunc binarium,
quem manu clauseram ignorabas esse parem. Tum demonstrator ille
ignarus distinctionis cognitionis nostrae, ut nihilominus evitaret hunc
cavillum, respondebat se non simpliciter scire omnem binarium esse parem.
Sed tantum illum quem sciret esse binarium. Talem responsionem damnat
hoc loco Aristoteles cum repugnet demonstrationi illius generalis propositionis.
Omnem scilicet binarium esse parem. Ideoque ipse Aristoteles suam re-
sponsionem adfert, cuius sensus talis est. Cum Sophista pro-
ducto binario inquit: nesciebas hunc esse binarium: Ergo nesci-
ebas. Omnem binarium esse parem. Aristoteles distinguit quod
idem posset

Aliud Sophisma.

Et solutio antiquorum damnatur.

idem possit sciri et ignorari diversis modis. Ignorabatur ergo illud quod obiciebatur a Sophista secundum cognitionem propriam et distinctam. Sed sciebatur secundum universalem cognitionem et confusam. Solutio alius Sophisma tis.

Sophista itaque non ostendebat per demonstrationem illam universalem non haberi scientiam universalem: sed tamen per eandem demonstrationem, non esse acquisitam cognitionem specialem et distinctam.

Cap. II.

CAPUT II.

Aggreditur Quaestionem Quid sit, hoc est definit tò scire et instrumentum eius nimirum demonstrationem per quam animus noster scientiam conclusionis assequitur. Ex iisdem definit. Sumpta occasione Artes multa agit de conditionibus ut tò scire ita ipsius demonstrationis. Scire autem putamus. Artem cap.

Absolute autem definit tò scire in qua definitione 3. secundum Averrois sententiam notabis: primum ut rei causa cognoscatur eademque non tantum cognitionis, sed tanto magis essendi hoc est per quam res fit: deinde ut illam causam rei, seu effectui applicemus (quod nihil aliud est quam ut cognoscamus illam causam illius effectus esse causam) ad extremum ut cognoscamus rem illam aliter se non posse habere. alias non esset vera scientia. Ex his 3bus priora duo sunt in ipsa re, 3m autem in animo nostro qui dicitur sciens si in eo 3. praedicta concurrunt. Definitionem hanc confirmat communi omnium voce. omnes non prius in cognitione rei cognoscunt nisi eius causam agnoscunt. Demonstrationis definitio.

Demonstratione autem voce.

Definit demonstrationem. Definitio autem constat ex genere et differentia quae differentia sumitur a fine proprio demonstrationis, qui nullus alius est nisi ipsa scientia.

Et igitur est scire

Ex definitione tou scire infert conditiones demonstrationis seu propositionum demonstrativarum hae sunt sex: quarum duae priores nimirum veras et primas seu immediatas absolutas sunt, siquidem solis propositionibus demonstrativis conveniunt; reliquae 4 nimirum priores, notiores causae conclusionis et propriae respectivae sunt. Siquidem conveniunt propositionibus demonstrativis. Conditiones propositionum demonstrativarum

demonstrativis cum respectu ad Conclusionem. Ad vera igitur esse
Condiciones demonstrationis examinat singulas rationes adferens
incipit aut a prima. S. Omnis demonstratio debet esse ex
propositionibus veris: quia falsi non est scientia (ita philosophus
explicat) Tò id quod non est scire non possumus
Vel quia Conclusio vera, qualis sola cadit sub scientiam non
potest ex falsis propositionibus inferri. quoad vim probativam,
seu quoad materiam; quamvis inferatur interdum ratio
vis illatricis, seu ratione formae: (ut cognovimus 2do lib. Ar.
ut 2 prior) id ni quod non est non potest probari id quod
est. Adfert rationem 2dae conditionis nimirum propositiones
demonstrativas esse primas seu imonstrabiles seu imme-
diatas. Si non sint primae et indemonstrabiles non sciuntur
sine demonstratione: Atque sciuntur sine demonstratione Ergo non
sunt demonstrabiles sed indemonstrabiles et primae
Ior probatur ex definitione. Tum scire Nostrum ita
quidam deducunt, quia scilicet dum aliquid demonstrandum pro-
tur tum tales propositiones adhibentur necesse est. Et illa
deinde nullam amplius demonstrationem postulent. alias
erit imperfecta demonstratio. Necesse est autem deveni-
re ad talia prima atque indemonstrabilia: quia alias
erit progressus in infinitum in faciendis demonstrationibus
et sic tolleretur demonstratio atque scientia quod repu-
gnat veritati. Ut ostensum est cap. 1. huius libri.

Nota Themistium et Philoponum per haec principia
prima intelligere axiomata seu dignitates, de quibus moxagent
Aristoteles; Averroes tamen rectius sentire videtur, qui per principia
prima demonstrationis intelligit ipsas propositiones ex quibus
actu constituitur syllogismus demonstrativus, et quae primae
atque indemonstrabiles. Ratio autem istius rei haec est: per digni-
tates etenim non fiunt syllogismi demonstrativi cum eae
sint principia demonstrationis extrinseca hoc est quae actu non
ingrediuntur in demonstrationem sed virtute sola, consunt
demonstrationes; propositiones autem sunt principia interna

demonstrationum

Ex primis autem

Ratio probatur

demonstrationum. Uti ex quibus demonstratio componitur. Causas quaero et
Adfert rationem ~~etiam~~ trium reliquarum conditionum. S.E. Principia
debent esse causae Conclusionis propterea. quia Scire est rem per
causam cognoscere. Atque conclusio scitur per principia. Ergo
principia sunt causae Conclusionis. Ex hac probatione patet quod
eadem principia debent esse priora quam est Conclusio: cum
sint causae Conclusionis: Causae autem naturae priores sunt
suis effectis. Ad Extremum principia debent esse notiora propte-
rea quia ex cognitione principiorum pendet cognitio Conclusionis.
Sed haec Ultima Conditio, melius adhuc probabitur infra

dicuntur Priora autem et notiora

Dixit proxime. Principia esse priora et notiora. Sed quoniam prius Notiora
et notius sunt aequivoca, ideo ostendit. Utriusque multiplicitatem. Triplicia
quod facit eo fine. Ut ostendat quomodo principia sint Prio-
ra et notiora. Sunt igitur priora et notiora principia secundum
naturam non autem secundum nos. Ratio. Sunt Universalia. ex quibus
solis demonstratio conficitur. Nota. Universalia secundum Aver- Observa-
roem hoc loco vocari causas, quae ob id Universales dicuntur. 1mo.
quia multos effectus producunt: Uti est Materia. Forma. Primum
Ens quae omnia occulta sunt. ob idque a sensu Remota. Nobisque
incognita sed naturae cognita; per singularia autem intelligit
composita sensibilia. Nota 2do. Quam oppositionem Aristoteles 2do.
statuit, inter Universalia et singularia, eam esse Relativam.

Ex primis

Adjicit conditionem ultimam, et eius brevem declarationem. quantum
probabit cap. 2. et 8vo. ~~Est autem~~ principium autem demonstrationis.
Quoniam proxime fecit mentionem principii ostendit quid sit princi- Principium quid
pium: et quoniam principium definit per propositionem statim
etiam propositionis definitionem adfert. Eiusdemque divisio-
nem hoc loco est principii definitio.

Postulata c

Ex immediatis autem

Postulata qd definiunt Propositiones et dividit adiecta definitione Enuntiationis et quattuor quas definiunt Propositiones et Contradictionis. et quid definiunt Enuntiationem

Sedem sectam

Non tenere addit in definitione Contradictionis to sedem sectam. reliqua ei opposita. fundatur in Contradictione positi negationem. et hoc to reliqua opposite dicit esse medio. quod ti in eis reperitur non sit secta. sed quatenus fundantur in Contradictione tum ipsa Contradictoria si se nullo admittat medio.

Ex immediatis

Postulata definiunt propositiones. nunc ide dividit in Axioma et Positionem. Definitionem.

Positio qd definitur. Positio. S.E. Positio é primus indemonstrabile quod discipulo non ex scipso videndum cognoscit sed a praeceptore tanquam certissimum. Axioma

Axioma quid definitur. Axioma. est ipse primus indemonstrabile quod discipulo ex scipso notum et domi secum adest. Et dicit Positionem. Positio é primus indemonstrabile quod discipulo non

propter principia seu propositiones quae non tantum prius co:
gnoscenda sunt sed etiam magis. Propter quod ni est aliquid tale
illud ipsum est magis tale: Si igitur propter principia nota sit
Conclusio nota, certe ipsa principia notiora erunt.

Atque nemo — Fieri autem nequit

Ex iis quae dicta sunt infert cognitionem seu habitum princi:
piorum vel esse scientiam vel aliam quandam cognitionem vel
habitum scientia praestantiorem nimirum intellectum. Cum qua de re
docebitur 2 lib. post. Anal. cap. ultimo, Tum observa scientiam — observatio
posse esse cognitionem seu habitum principiorum mediatorum:
quidquidem nonnullae demonstrationes, quae constant propositionibus
demonstrabilibus: ita Philoponus exponit. Intellectus autem
est cognitio seu habitus seu principiorum immediatorum.
Doctrinam hanc forles tali ratione confirmat. Nemo ni
potest magis assentiri propositionibus quas nec scit et quarum non
habet meliorem cognitionem quam conclusionis quam
scit. Quoniam igitur magis assentitur propositionibus quam con
clusioni quam scit certe propositionum habebit aut scientiam
aut meliorem adhuc cognitionem quam est scientia.

Qui ergo — Non solum autem oportet.

Concludens caput confirmat naturam demonstrationis. S. E.
Qui scientiam conclusionis acquirit per demonstrationem, ille non — natura demonstrationis confirmatur.
tantum debet magis nosse propositiones seu principia quam
conclusionem sed etiam cognoscet nihil esse falsius
quam sunt propositiones oppositae propositionibus demonstrationis.
Ratio hoc enim ni scientem, omnino oportet esse immu:
tabilem.

Caput III.

Dictum est capite 2do. Principia seu propositiones demonstrationis esse — Argumentum cap.
pernoscenda. quam doctrinam nonnulli ignorantes vel falso interpre:
tantes in duos errores inciderunt.

Existimabant ni

existimabant ri quidam. Nihil posse sciri: quidam vero omnium rerum
esse scientiam, seu (quod in idem recidit) nihil posse sciri, nisi per
Diuisio. Demonstrationem. Uterque ergo hic error hoc capite refutatur. Partes
autem capitis sunt 2ae. Quarum primae afferuntur rationes, quibus
nitebantur, illi qui dictos errores defendebant. In 2da vero easdem
rationes soluit et posteriorem sententiam. Ibi argtis refutat.

Nam qui ~~sequuntur~~ suspondunt. Recenset primum errorem, quem ratione tali confir-
1mus error. mabant. Si principia sunt pernoscenda (ut dictum est praecedenti ca-
veter. pite) ergo praenoscenda erunt alia demonstratione. hoc est per alia
refertur. principia, et illa rursum per alia, et sic deinceps infinitae erunt
adhibendae principiorum demonstrationes. Atqui infinitum percurrere
non possumus. Ergo nunquam consequemur scientiam. Et per consequens
nullius rei erit scientia. Et quamuis deueniatur, ad ultima quaedam
principia, in quibus scilicet sit status utique nulla poterit adhuc scientia
Siquidem illa principia ultima ignorabuntur propterea, quia prae-
cognosci et demonstrari nequeunt. cum illis nulla sint priora.
Iam dictum est principia omnino esse praenoscenda.

Alia ~~autem~~ vero quod. Recenset alterum errorem. Cuius ratio erat talis. Cum
2dus. principia pernoscantur certe non possunt pernosci per priora.
Siquidem nihil est illis prius, necessum ergo est. Ut praenoscantur seu
demonstrentur per conclusiones. ita ut omnis demonstratio sit circu-
laris. atque sic nihil scietur nisi per demonstrationem. et omnium
rerum scientia erit per demonstrationem tantum.

Nos ~~vero~~ decimus Pars cap. 2da. In hac primum soluit argta
utriusque erroris, quod scilicet non omnis scientia est demonstratiua. Cum
prima principia sciantur sine demonstratione, non ri habent se prio-
ra, et ex ipsis cognoscuntur. Uti quorum cognitio seu habitus est
Intellectus. Circulo autem ~~deinde vero~~. Tandem circulares omnium
1m argtum rerum demonstrationes euertit. Ibus argtis primum est. Omnis de-
monstratio constat prioribus, et notioribus. Atqui circularis probatio non
Cyclicae ~~demon~~ constat prioribus et notioribus, imo posterioribus et ignotioribus. Est enim
stationi contrarium.

Circularis probatio

Circularis probatio illa, quando ex Conclusione probatur et altera Praemissarum conuersa, infertur altera Praemissarum. Ergo Probatio Circularis non est Demonstratio. Et per Consequens falsum est omnium rerum esse demonstrationes circulares. Fieri ~~autem~~ enim nequit

Confirmat nostrem propositionem argumenti primi. S.E. Conclusio probata in Circulari Syllogismo. Cum sit posterior ipsis propositionibus probantibus, prior esse non potest, sed posterior. Siquidem eadem Conclusio ita se habet ad suas Praemissas, tanquam effectus ad Causam, aliâs et prior esset et posterior, quod certe dicendum non est. Nisi ~~forte~~ diuerso modo

Ponit obiectionem aduersus id quod proxime dixit. Dictum est. Absurdum esse idem dici et prius et posterius, notius et ignotius, sed id negatur: quia potest idem prius et posterius, prius et notius dici dummodo fiat ratione diuersa: potest quippe aliquid esse prius et notius, nobis, posterius autem natura. Quomodo certe Conclusio prior et posterior. Notior item et ignotior dicenda est: atque sic argumentum Aristotelis nihil valet. Respondet Aristoteles, id quidem verum esse; falsum tamen est, ut demonstratio perfecta, atque absoluta, ex prioribus atque notioribus nobis constet. Cum oppositum potius tenendum sit verum scilicet et perfectam demonstrationem non fieri, nisi ex prioribus et notioribus naturâ ut ostensum est cap. 2.

Obiectio

Responsio.

Accidit autem Iam vero argumentum 2dum. S.E. Quamuis detur aliqua Circularis probatio tamen ob id admittenda non est, quia idem per idem probat, seu incurrit vitium petitionis quaesiti. E.G. Cum dicitur

2dum argumentum.

Est interiectus terrae inter solem et lunam. Ergo deficit luna, et contra. Deficit luna. Ergo est interiectus terrae inter solem et lunam. Ubi nihil aliud Collegis et probas praeterquam seducis. Est interiectus terrae inter solem et lunam. Ergo est interiectus terrae inter solem et lunam. quod certe nihil aliud est, nisi probare idem per idem. Rem hanc Aristoteles absoluit Exemplo terminorum non significatiuorum. E.G. Sunt termini A. b. c. Supponit ergo Aristoteles hanc argumentandi formam esse bonam, nimirum si est A. etiam b. est. Si autem b. est etiam c. est. Ergo si A. est. C. est. Nam si B. infertur ex A

certo quoquid

certe quicqd infertur ex B. infertur quoqß ex A. et cuius est cau-
sa B. eiusdem est Causa A. Namqß quod infertur ex Consequenti
etiam infertur Ex Antecedenti. Et cuiq est Causa Consequen-
eiusdem causa est Antecedens. quod est causa Consequentis.

Sumamus itaqß Demonstrōem circularem in 2. terminis sic
Si A. est B. est. tum p circularem Demonstrōem valet regressus
sic. Si b. est A. est. dico itaqß si A. est b. est. et qa b. est
A. est. Ergo qa A. est. A. est in terminis significativis erit
tale argtm vel demonstratio. Si est interiectus terrae inter solem
et lunam. Ergo deficit luna. Si deficit luna. Ergo est interiectus
terrae inter solem et lunam. Ergo si est interiectus inter solem et
lunam, est etiam interiectus terrae inter solem et lunam. Quomodo
certe, inquit Artes omnia facile demonstrari possent.

9rium argtm. Praeterea. Argtm 3. Ee Circularis probatio pfecta non
habet locum nisi in terminis convertibilibus, idqß in Unico tantumodo
1. Figurae in Barbara. Ut didicimus lib. 2 Anal. cap. 5. Qa sic.
Ergo vel omnis demonstrōes erunt in modo pmae figurae Barbara,
vel certe non omnis Demonstrō erit circularis, illud est falsum
Ergo hoc verum. cum multa sint quae non circulariter demonstrantur
quales sunt demonstrōes in alijs Figurarum modis pter Barbara.

CAPUT IV.

Argtm cap 4. Transit ad assignandas condiciones et proprietates Demonstrationis hoc
est, quod Demonstrō constat ex propositionibus necessarijs per se non
alienis, proprijs adhuc Demonstrationem non esse nisi rerum aeter-
narum. Id autem praestabit praecipue cap. 4. Quod aut attinet
ad praesens caput eiut occasio atqß argtm ita habet. Condicio
est Demonstrōis Ut constet propositionibus necessarijs. Ut [illegible]
bitur cap. 6. Verum quoniam tō necessarium multiplex est, ideo
cap. praesenti explicavit multiplicitatem eius. dum nimirum expo-
nit quid sit de Omni seu in Omni et per se Ut Universale
his ri omnibus et singulis certo modo tō necessarium scatur.
Id aut eo fine facit Ut clarum evadat quomodo propositiones
ex qbus fit Demonstrō sint necessariae.

Quia vero nō fit

Illud autem Dicta autem Vero nō st. statim initio ondit demonstrōem constare
ex necessarijs. Totum ea de re discursū ita accipe: Quod scitur alter
se habere non pt: Ergo rō, quod pt demonstrōem scitur est necessariū
Deinde: Quod scitur pt demonstrōem est necessariū. Ergo demon:
stratio est ex necessarijs. Prædicabile secundum quid ipse est.

Ipse dicendū. De omni igr explicat quid sit in omni seu de omni
Omni. In Omni dr illud cuius prædicatum ordine intentionis sub de omni
subiecto contentis inest. idest omni tpe. Vt homo est animal. quid.
De ita esse ex eo vbi ga dum reputare seu ordine vsum
quod aliquis non in ordi esse. tum apte instruxi: nimirū
quod non de omnib dr prædicatum. Eg. Cis homo e Musicus
Eigdem Musicū alicui hominī non inest vel Non sens. sed
aliquādo tñ Cti. Omnis homo carnem. Eigdem in tunicatione non
carnem. Per se autem explicat quid sit per se duum q ers
ambos affect. additis etiam totidem modis per accidens: quod Per se.
ipsorum facit. Et clarig ipsos per se intelligentur. Primus modus
modq dicendi per se est quod prædicatum est. To tñ vel tota prædicabile
sui subiecto. Vbi est. Quod subiectum prædicatum per illud
prædicatum. Talia aut prædicata sūt. omnia genera et differē
tiarum vel primus vel remotum. Corpus quod rationale quod et differē
rumpitur differt per se) ad extremum ipsa definitū. Hic modq
dr a Philosopho 4 Topicorū. Per se prædicandi.

Hoc ea quæ attributi Ad modq dicendi per se. Ergo subiectū
Quod prædicatū e, huiusmodi vt per suū subiectū definiri rondi:
atur quotes sit positiones subiectorū quæ ex eversa conde
subiectorū demonstrant: Vbi se habent rectum et circumductus
respectu lineæ. cui per se insunt et per eandem definitur
Est n rectum linea cuius extrema non egrediuntur a medio
Hic modq ab eodem Philosopho 4 Topicorū. per se inhærendi.

Quæ vero Admonet prædicata quæ neq; sit
de desse sui subiecti, neq; ipsum subiectū est de defi
nitione eorum, dicit per accidens. et non per se: Vt
animal est Musicum. Hoc in 2° modi sit dicti per accidens

Aristotelis

oppositi 2bus modis prioribus dicendi per se. Praeterea per se

3tius modus. 3tius Modus dicendi per se quando praedicatum de nullo alio subiecto dicitur, hoc est quando in nullo subiecto est (ita Philoponus exponit et verè) quales sunt solae substantiae quae dicuntur per se existere. Huc referuntur propositiones quas vulgo vocamus haec omnia de 2do adiacente, quales sunt Petrus est. Homo est animal est &c. Hic Modus vocatur per se existendi seu essendi. Eidem modo opponitur modus per accidens quando scilicet scamus aliquod accidens existere quemadmodum album est ambulans est &c. Est etiam Alio praeterea modo:

4tus Modus. 4tus Modus dicendi per se quando praedicatum est effectus subiectum autem est causa efficiens vel finalis vel contra. Subiectum est effectus. Praedicatum vero causa. Ut Jugulatus interiit. Vocatur hic modus per se causandi cui adiungitur Modus per accidens, qui fit quando effectus attribuitur causae per accidens vel contra: Ut ambulanti accidit corruscatio, et fodienti accidit invenire thesaurum, neque in propterea corruscavit quia quis ambulavit &c. quae igitur in iis

Causandi.

Explicat Aristoteles qui modi dicendi per se pertineant ad demonstrationem et qui non. Pertinet ergo primus et 2dus: hi enim tales sunt quorum praedicata non contingit non inesse suis subiectis cum iis necessario conveniant: quinque et 4tus inservit demonstrationibus quod tamen ea ratione fit, quatenus referuntur ad duos priores modos. Ad Universum

Universale autem. Tandem explicat quid sit Universale seu Universum.

quid. Universale est quando praedicatum est non tantum de omni et per se sed etiam quatenus tale est, quae extrema particula hunc sensum habet: tum praedicatum inest subiecto, quia tale est quando illi primo et immediate inest: sic risibile inest homini, et sentiens animali: Et tale Universale est demonstrationis in qua scilicet passio in suo subiecto primo convertitur.

Caput V.

Jam vero 5t ~~Quamvis detur aliqua circularis demonstratio~~

CAPUT V.

Dixit sub finem proximi cap. demonstrationem per se, quae est potissima esse universalem ∴ in ea passione de 1. et immediato subiecto demonstravit. Argum. cap.

Verum enimvero quia in quosdam errores in hac doctrina quispiam incidere posset, existimans se aliquid demonstrare cum minime id faciat, ideo hoc capite Artes hos errores (qui erunt) adfert simulque modum eorundem errorum vitandorum adducit. Non est autem

Illud Exponit occasionem dicendorum. oritur error primus cuius hic sensus est. Existimamus nos aliquid universaliter demonstrare, cum minime demonstremus universaliter tum quando aliqua passio est alicuius speciei solis, lunae, mundi, quae non habet nisi unum individuum. E. G. Si quis demonstret hanc lunam deficere, existimans hanc lunam esse primum subiectum, cui accidit ea passio, ut deficiat. Cum luna sit unica: sane erraret, siquidem haec passio lunae non ut haec est sed ut luna est ∴ secundum speciem inest. Aut est in parte. 1mus error.

Error 2dus cuius sensus est. Tum minime demonstr. universaliter quando aliqua passio inest multis speciebus, propter aliquod commune quod caret nomine. E. G. quando progressivum demonstrat de equo. Nam si existimemus talem demonstrationem esse universalem erramus, siquidem id progressivum 1. nec immediate homini vel equo imo neque ipsi animali conveniunt, sed cuidam communioni quod nomen caret. 2dus

Aut verioribus Error 3tius. Si quis igr. E. E. Quando demonstrationem facimus de aliquo toto quod vere est, ut in parte ∴ quod inferius est illo de quo demonst. est existimantes universaliter demonstrasse. 3tius.

Ita omnibus inferioribus illis inest, E. G. Si quis de viventi sensibili demonstraret quod augetur putaret se demonstrare universaliter, quia id quod augetur omni viventi sensibili inest, sed non demonstrat. nam id ∴ vivens sensibile est pars respectu viventis, cui primo convenit ut augeatur. Proinde et si quis.

Prouidet Si qs Exponit exempla singulorum errorum, et primo quidem 3tij alterum primi 3tm est 2di. Quando igr. Postquam exposuit errores tandem rationem eorum euitandorum affert. docens quo pacto possimus sine omni errore cognoscere quod non Praedicatum vale conueniat subiecto, et per consequens qualis necessitas propriè quaerenda est in demonstrõe. S. E. Illud subiectum quo primo sublato, tollitur ipsum Praedicatum, et quo primo posito ponitur ipsum Praedicatum. illud inquam subiectum tale est cui idem Praedicatum Universale inest. E. G. Sensus particeps Univers conuenit Animali, qa hoc sublato illud quoque necessario tollitur: et hoc posito illud quoque necessario ponitur Praedicatio itaque haec Animal est sensus particeps habet necessitatem meae demonstrationis.

CAPUT VI.

Argtm cap. Jam probat demonstrõem esse ex ijs quae sunt per se et necessariae. Primo autem hanc doctrinam confirmat argumentis. deinde obiectiones quasdam mouet et soluit. Atq si igr Praesumpto eo discursu qui habebatur initio statim cap. 4. probat 1. demonstrationem constare ex ijs quae sunt per se (ita Graeci et Arabes sentiunt) probationum hic sensus est. Quae sunt per se illa sunt necessaria: Atq demonstratio procedit ex necessarijs. Ergo demõstratio procedit ex ijs quae sunt per se. Probatur minor. Qa demonstratiua scientia non pt se aliter habere. ob id qs procedit ex necessarijs atque sic demonstratio erit ex necessarijs. Tor item probatur. Quae n sunt per se, illa aut sunt de definit. subiectorum aut ipsa subiecta sunt de definit. ipsorum. Utrumque aut per necessarium Ut probatum est cap. 4. Ergo. Omne per se est necessarium.

1m argtm. Aut igr Aggreditur nunc probare demonst. esse ex necessarijs. argtm est eiusmodi 4. Eorum habet suppositionem talem.

talem: demonstratio est necessaria, seu id quod demonstrator aliter se non habet. Tum argumentatur Artes sic: id quod demonstratur est necessarium. E. demost. constat ex necessarijs Probatio. Conseq. sumitur ex discrimine demonstratoris et dialect. q. n. non demonstrat (talis est Dialecticus) ille pt concludere ex veris, quamvis non necessarijs. Ut Omne ambulans est Animal. Omnis Equus est ambulans. Ergo Omnis Equus est animal. Atq demonstr. ex necessarijs procedit. cum id sit demonstr. peculiare et proprium.

Quod autem Argtm 2dm. a signo datum in textu. Jam vero Argtm 3tium sumptum a defin. Scientiae, quam finem demonstrationis esse diximus. Argtm ita habet. Qui nescit causam propter quam res est is rem nescit. Atqui ille qui rem cognoscit per propositiones, seu per medium, non necessarium non cognoscit illam rem per causam. Ergo Eam rem nescit. Probatur minor. Nam medium non necessarium ita se habet Ut propter illud non sit Conclusio. seu res quae scitur: imo sublato tali medio res manet, cum sit semper. Si Ergo hoc ita est relinquitur Ut dicamus medium seu id ex quo fit Demonstratio et necessarium. Insuper Argtm 4tm. Praeterea si quis.

Hic primo nota, quod ob 4 causas possit fieri, Ut aliqs amittat scientiam. quam prius habebat. 1mo si perit Causa. seu ratio per Conclusionem sciebat. 2do si obliviscatur Conclusionis. 3o. si res ipsa quam aliqs sciebat mutetur: 4to. si eius qui sciebat organum fantasia laedatur vel etiam moriatur. quod si nulla harum Causarum interveniente nescias aliquid, profecto nec ante sciebas. Argtm itaq Artis est tale.

Si quis dicat

Si quis dicat se non non amisisse sciam, non retinens causam, propter quam se dicebat scire, nec oblitus conclusionis, item incolumis ipse, et re ipsa salua manente, is certe antea non habuit sciam: Atq per medium non necessarium affirmat se scire corrupto medio, reuera non hit scientiam. nulla interim earum causarum interueniente. Ergo nec antea cum se scire profitebatur, vere sciebat. Et quoniam ex non necessarijs causis seu propositionibus non fit vera scia, sequitur ut dicamus ex necessarijs propositionibus veram scientiam fieri et per consequens ipsam demonstrationem.

Cum igitur Conclusio est si quid proponit deinceps obiectiones et soluit. prima est

Obiectio. Ut ex falsis suppositionibus infertur conclusio vera (quemadmodum ostensum est libro 2do priorum) ita necessaria potest inferri et non necessarijs: atq sic demonstratio constabit ex propositionibus non necessarijs atq non per se. Respondet Philosophus id in syllogismo

Responsio. fieri posse; non autem in demonstratione, cum demonstratio sit syllogismus non tantum simpliciter probans, sed etiam pariens scientiam, quod certe non fit nisi per necessariam causam seu per necessarias propositiones.

Accidentium. Ex dictis infert accidentia (intelligo communia quae sunt et esse et non esse possunt) non venire in sciam demonstratiuam, et per consequens non esse eorum demonstrationem. Ratio quia non sunt necessaria, quae sola sub demonstrationem cadunt.

At quaeri. Proponit obiectionem aduersus ea, quae proxime dixit.

2da Obiectio est. Obiectio est haec. Si accidentia non sunt necessaria. Ergo frustra in disputationem veniunt. Conclusiones quoque dialecticorum non erunt necessariae, ideoque semper negari poterunt; quod tamen falsum est.

Solutio. Respondet Aristoteles. aliam esse necessitatem dialecticam, et aliam demonstratiuam. Etenim dialecticus argumentatur ex propositionibus sibi concessis; non quod illae sint necessariae nec quod conclusio propter illas sit necessaria, sed quod necesse sit concedi illam conclusionem propter concessas praemissas. Demonstrator autem argumentanter non tantum ex propositionibus sibi concessis sed etiam omnino.

omino necessarijs. Reliquis huius hic sentq breuior est. Dialectica
sit necessitatem formal th: demonstrantē et Materiā et formā.

CAPT I

Quatuor sunt quā hic docentur. Primo ostenditur demonstrationem ostendere Primus
Quid sit per se, et procedere ex ijs quā sunt per se: 2do docetur de: cap.
monstrationem procedere ex principijs subiecti propijs: non aute alteris:
3tio. demonstrationem esse rei incorruptibilium, et eaz quas mutare ne: 4mus cap.
queunt. 4to. demonstrationem procedere ex principijs propijs non aut communibz.

Sed 1um. Pars cap. 4ma in hac proponitur argendo q̄ bo Quia libro
ptat dem demonstrationem esse eq quod sit per se intellige Conclusionē) et nō.
istem ex ijs (intellige ꝓpoēs seu principia) quā sunt per se notum pri:
mum est tale. Quod sit per se, et passiua illa sunt necessaria: Ergo
demonstrationis et Conclusionis per se. et constat ex propositionibz per se.
Patet Consequentia. nisi ne sequat per se, esse tibi accidens. et tūc ipe
non necessaria. quod falsum est. Tū ipe. Probatur idem. Quia non
non necessa

Propoēs demonstratiue pariunt scientiam. Ergo quā non sunt per se
non pariunt eam. Ergo. Patet minore exēplo subiecti et subiecti
a signis qualis est hic. Ogde mulier est pallida. Ergo est pregnās.
Etenim gratuito ponamus aliquam mulierem pallidam esse et pregnā
eandem pregnantem non ptrea tamen est vera scientia cum ipe med
grantem, quod sit pallida. cum hoc sit non per se. Non tractat
Exacto illud. Pars text. in qua probat demonstrationes non
mutari nec transferri ex una scientia in aliam, quā est in alio ge
subiecto ostenditur. id ni est quod dicit Artes Diuersum esse in re:
non posse ex uno ge migrare in aliud. ita ut sit sensus. Ne
cessarie passiones unig subiecti de alio subiecto demonstrare nec
demonstrat unq scientia demonstrare Conclusionem alterig scientie.
Cum ex propijs cuiusq scientie principijs propias passiones
de suo subiecto demonstretur. Quare artes ptes in demonstrat
omnibz scitis. Axiomata videlicet subiecti et passio.
passionem in textu vocat Conclusionē, quasi Conclusā, et de
monstratam de suo.

demonstratam de suo genere subiecto) ex his tribus nihil impedit.
quo minus axiomata sint eadem in diversis scientiis; at passiones
et subiecta propria sunt cuiusque scientiae: Ut si numerus et magnitudo di-
versa sunt. ita etiam passiones quae numero et magnitudini conveniunt
diversae sunt. Sin eadem essent passiones utriusque certe utrumque
etiam esset idem. Inde fit ut demonstrationes Arithmeticae ineptae
sint ad probandas passiones magnitudinis quae probantur in Geometria
et contra demonstrationes Geometricae etiam ineptae ad probandas passiones
numeri quae probantur in Arithmetica. Est itaque ratio istiusmodi.
Scientia quae diversa habet genera subiecta, diversas etiam habet pas-
siones: non ergo passiones unius generis subiecti possunt probari per
principia alterius scientiae quae in alio subiecto versatur. Utriusque
partis huius rationis veritas patet ex ante dictis.

Itaque idcirco admonet sciam unam non demonstrare passi-
ones subiecti alterius scientiae nisi vel idem sit eius subiectum, quod est alte-
rius omnino, vel aliqua ex parte tantum quod fit tum quando subiectum
unius continetur sub subiecto alterius: tum si licet passiones superioris
scientiae subiecti demonstrare de inferiore: quando passiones animalis
possunt demonstrare de homine; aliter non fit demonstratio. Cum
si demonstratio procedat ex his quae per se insunt, mediumque subie-
ctum et passio debent converti etiam propria esse debent; ali-
as si non essent per se. Itaque per medium alterius subiecti
non possumus probare passionem de alterius subiecto non si essent
per se. Doctrinam hanc illustrat exemplis 4. quorum duo priora
serviunt medio. posteriora item duo passioni.

Cap. XVIII. ~~Principium quoque~~ Pars cap. 3. in qua docet demonstrationem esse aeternam,
hoc est conclusionem demonstrationis esse aeternam quando quidem praemissae eti-
am sint aeternae. Aeternas autem ut conclusiones ita praemissas
demonstrationes illas vocabit quae sunt universales et veritatis immutabilis.

Similiter se res habet ~~autem~~. Quod dixit de demonstratione, id ipsum dici vult.
etiam de dis-

etiam de definitione. quod etiam definitio sit rerum aeternarum. Ro. definitio autem nihil aliud est, nisi vel principium demonstrationis vel conclusio vel ipsa demonstratio. situ tantum terminorum differens. Quod ut intelligas, disces illud ex Philopono, Themistio et D. Thoma. Triplex est definitio Materialis ut ira est fervor sanguinis circa cor. formalis ad quam etiam finalis revocanda est ut ira est appetitus vindictae. Itia ex utroque mixta ut ira est fervor sanguinis circa cor ob appetitum vindictae. Tum itaque Materia ~~[illegible]~~ infima causarum demonstranda est per formam vel finem. hoc est Materia habebit locum conclusionis; forma autem vel finis principij. caeterum ut Materia ita et forma seu finis erit demonstratio situ tantum differens: vel propterea quia in definitione non est figura syllogistica: vel quia quod est primum in definitione: (ut pote Materia) idem est ultimum in demonstratione. Dicitur etenim: Ira est fervor sanguinis circa cor ob appetitum vindictae. Hoc autem. Occurrit tacite objectioni. Poterat enim aliquis obijcere demonstratio non est aeternorum siquidem fiunt demonstrationes de luna, aut sole quod deficiant, quae tamen non sunt aeterna, tum aliquando fiant, aliquando non, hoc est aliquando sol aut luna deficiat et aliquando non deficiat. Respondet haec esse aeterna. quatenus ad demonstrationem pertinent: etenim haec demonstrantur relata ad causas, et quatenus sunt universalia. Cap. IX.

~~Sed~~ Cum autem. Quod parte cap. ubi ostendere coeperat id adhuc perficere nititur ostendens demonstrationem esse sex proprijs cuiusque scientiae principijs, alias enim non erit scientia per se, sed per accidens, talis est qualis erat prioris in demonstratione quadraturae circuli illa: Cuicunque datur maius et minus ei etiam datur aequale: atqui circulo datur quadratum maius datur etiam ~~minus~~. (ut constat de illis quadratis quorum unum extra circulum, alterum autem intra eundem circulum est). Ergo datur quadratura circuli, seu quadratura aequale circulo. quae demonstratio certe est per accidens.

Definitio triplex.

Occupatio et Solutio.

est per accidens, unde et scia ipsa per accidens: nam principium seu medium, hoc est maius et minus est commune multis, videlicet motui tempori et ceteris; debebat autem probare ex principijs proprijs quadrati. Unumquodque exponit quando simpliciter scire dicamur, quoties scilicet cognoscimus alicui subiecto inesse passionem suam ex proprijs principijs, ijsdemque proximis, per quae scilicet principia passio inest subiecto.

Per principia Arithmeticam. Vocet in scientijs subalternatis habere locum principia communia: quando musica ijsdem principijs utitur quibus et Arithmetica. Quodque proprie ex eo quod dixit principia esse propria, infert eadem principia in unaquaque scia esse indemonstrabilia: nam alias haec principia probarentur per communia quae sunt alterius scientiae Metaphysicae, nimirum quam hoc loco vocat dominam omnium. Quoniam illa ordit Metaphysicam esse dominam omnium sciarum hac ratione. Scientia est, quae rem demonstrat ex prioribus causis. Ergo magis scientia illa est, quae rem demonstrat ex prioribus adhuc causis: ad extremum maxime erit scia illa quae ex supremis causis rem demonstrat. Atque Metaphysica ex supremis causis rem demonstrat. Ergo Metaphysica est maxime scia et per consequens una omnium.

Causa difficultatis. Difficile sub fine capitis assignat causam quamobrem difficile sit nos assequi rerum sciam. Haec intextu clara est. Addes etiam illam Philoponi, quia scilicet rerum Naturae seu causae internae admodum sunt occultae: ob idque rerum principia propria, per quae res et sciri et demonstrari debent, difficile cognoscuntur, et quia principia difficile cognoscuntur, etiam ipsae res difficile sciri possunt.

Cap. X. CAPUT VIII.

Argum. cap. Duo sunt quae docentur in hoc cap. primo ri definiuntur principia, et dividuntur adiectis diffis eorum. Ideo explicantur communia principia, quorum est in omnibus scientijs.

Principia vero. Ea vero 1ma cap. pro

La vero 1ma cap. pars. In hac autē statim ondit quid sint principia, quae nimirū non possunt probari quid sint hoc est quae non demonstrantur. Nota nomine principij etiam subiectum alicuius sciae appellari; nam et de hoc praecognoscimus quod sint hoc est subiectum unius cuiusque sciae non demonstramus. Quid igr̄ sunt

Principiū quid. Observa.

Nam quod explicat demōstrōem principij allati, per quam explicōem distinguit principia a conclusionibus. S. E. Cum duae sint praecognitiones nimirū quid sit et quod sit ipsū quod sit ut de principijs, ita etiam de conclusionibus praenoscitur: id ri nunquam demonstratur. Quod sit autē praecognoscitur tantū de principijs. Nam ipsae conclusiones demonstrantur esse. In exemplis Aristotelicis id observa unitatem sumi pro principio Arithmeticae. Triangulum vero pro affectione seu conclusione quatenus triangulum demonstratur de numero. Rectum pro affectione Geometrica, quod demonstratur de aliqua magnitudine linea videlicet magnitudinem pro principio Geometrico. Ex ijs autem quibus utuntur

Sunt porro. Dividit deinde principium in proprium et commune. Adiecit autē statim, quando accipiat principia communia: secūdū analogiam sc. Ut quae non omnino in sua amplitudine sumpta conveniunt, scientijs aut demonstrōibus nisi coarctentur ad subiectum, cuiusque sciae. E. G. Hoc principium. Si ab aequalibus aequalia auferas, quae relinquentur erunt aequalia. est commune, quod tn̄ ht̄ locum in scijs diversis, quatenus coarctatur ad singulares subiecta. Etenim Geometria ita hoc principio utitur. Si ab aequali magnitudine aequale auferas, ita quae relinquitur erit aequalis. Arithmeticus autē aliter nimirū. Si ab aequali numero aequalē auferas, ille qui relinquitur est aequalis. Sunt autem propria

Principij divisio.

Ex ijs adfert subdivisionē principij proprij, quatenus principium proprium dividitur in Hypothesim: hoc ē subiectū quatenus praecognosc.

quatenus praecognoscitur esse: item in Definitionem hoc est subiectum quatenus praecognoscitur quid sit: ad extremum affectionem ipsam, quatenus praecognoscitur quid significet. Ergo n. Ex dictis infert unam quamque scientiam in tribus versari nimirum in genere subiecto, de quo fiunt demonstrationes proprietatibus quae demonstrantur de subiecto et axiomatis seu principijs, per quae fit demonstratio.

Sane scientiae. Ac in quibusdam. admonet praecognitiones subiectorum proprietatum et principiorum interdum omnitendas esse: quod fit tum quando ipsa omnia vel saltim aliqua manifesta fuerint. Non est.

Adductis speciebus principiorum, adducit discrimina eorundem adiecta adhuc una specie principij, quae dicitur Postulatum. hoc autem loco separatum axioma ab Hypothesi et postulato quod est istiusmodi: Axioma ab omnibus aeque conceditur, cum per seipsum cognoscatur. Hypothesis autem et postulatum minime.

Obiectio et Neque n. Obiectionem adfert adversus ea quae proxime dixit, eandemque soluit. Obiectio est. Et ipsum axioma non ab omnibus conceditur, cum possit negari: quidquid n. affirmatur potest negari, et contra quicquid negatur, idipsum affirmari poterit. Ut ostensum est lib. de Interpretatione cap. 4. Rndet Aristoteles id posse fieri oratione externa: non autem interna, quam solam mixte demonstratio respicit. Quaecunque igitur est vero. Separat Postulatum ab Hypothesi: Hypothesis etenim non tantum docenti, sed etiam discenti vera videtur; Postulatum autem quamvis docenti verum videatur, discenti tamen minime. cum discens existimet illud esse falsum, aut saltem dubitat esse verum: ideoque omne Postulatum partim Hypothesis est, partim Postulatum, Hypothesis quidem docenti; Postulatum autem discenti. Nota autem Postulatum illud vocari. quod a discipulo ignoratur, a doctore autem supponitur; sed quoniam discipulus assensum ei praebere non vult, cum vel dubius sit in eo, vel contrarium sentit, tum doctor postulat ut id sibi tanquam verum concedatur: alias n. suam demonstrationem expedire non posset.

Obiectio et Solutio

Observa

Definitiones igitur.

Definitiones igr. Separat item definitionem ab Hypothesi duobus modis: 1mo. quia Hypotheses sunt propoes significantes esse vel non esse aliquid: quod de definitionibus dicendum non est. Nota sub Hypothesi etiam Postulatum claudi, cum hæc duo re abs se conveniant. Neque vero Geometra ponit obiectionem, et soluit. Obiectio

Obiectio ita habet. Dictum est Hypothesim esse principium ex quo Conclusio colligitur; Cæterum pt opponi in contrarium, nimirum quod ex propositionibus seu principiis falsis non potest colligi Conclusio vera: atqui principia seu suppositiones quædam Geometricæ sunt falsæ. Cum ipsæ Conclusiones sint veræ: Ergo ex suppositionibus non colliguntur Conclusiones. Quod suppositiones quædam Geometricæ sunt falsæ pbr. ex suppositionibus Geometricis. etenim Geometra describit lineam, quam ait esse rectam, vel pedum lo. cum sit inflexa, aut maior aut minor.

Rndet itaque Phus. negans has esse suppositiones quod hæc linea est recta vel duorum pedum: etenim hæc sunt singularia et sensibilia; mathematicus vero versatur in universalibus et intelligibilibus, quæ sub sensum non cadunt. atque sic Geometra non supponit lineam hanc, quam describit esse rectam, vel lo pedum; sed potius eam, quam animo concipit. Cuius explicandæ causam hanc describit. quare descriptiones mathematicæ non sunt Hypotheses, sed suppositiones Hypotheseon in intellectu consistentium. Præterea

Jam vero. adfert discrimen idem Hypothesis et Postulatum partim sit Universalia partim particularia. Definitio neque universalis neque particularis. Rb. Definitio ri non est Propositio, cuius proprium est esse universalem vel particularem. Cap. XI.

Atque Ideas species igr. esse. Cum multa dicta sint ab Arte de universalibus posset esse dubium num quodquidem Demonstrationes sunt universalium. et æternorum, necesse sit. Ideas universales, et æternas easdemque a rebus sensibilibus separatas ponere. Occupatio.

quod certe

quod certe Platonem ad eas ponendas induxit. dum, nimirum
videret res singulares esse in perpetuo motu; iam scia et demon-
stratio est universalium et aeternarum. Respondet autem Aristoteles quod
propter demonstrationes solas non opus sit ponere Ideas separatas
cum satis sit constituere naturas communes, quae possint de
multis univoce praedicari et quae ijsdem insint.

Solutio.

Fieri autem non posse hoc vero Pars cap. 2da. in qua vult explicare
quaedam axiomata communia eorumque usum declarare. Est autem
principium omnibus principijs commune hoc contradictionis. Unam esse
partem veram, alteram fallam. Id tamen principium duabus constat
partibus sic. quae in duo principia dividendum est negativum.
Nihil simul affirmari et negari. Alterum affirmativum.
De omni re affirmatio vel negatio est vera. Primum principium
docet Aristoteles non poni actu in demonstrationibus nisi conclusio sit
ita demonstranda, cum qualis est conclusio talia etiam debent
esse principia. hoc est principium negativum, non ponitur ex-
presse in demonstratione nisi opus fuerit demonstrari aliquam
conclusionem. in qua duo termini contradictorij praedicantur.
se est album, dr rectē esse album factum. atq non pt dici
album factum esse lignum. Igr non scdm se albū subiicit ligno.
Accidit. Ex divisione 3plici prædicatorū scdm Accidēs
colligit Itij tantum modi prædicationem esse Unitem reliquas
non Universales. Unum. Ida Hyppoth. Itaq attribuitur
Quoties Unum prædicatum Uni subiecto attribuitur, tum præ-
dicatum ipsum definitur ex Una tm Categoria aliqua Ut
pote Vel ex Substantia Vel ex Quantitate Vel ex Qualitate
et cæteris. dicit Unum Uni, qa dum plura prædicata alicui
subiecto attribuuntur. tum talia ad diversas Categorias referri possunt.
Præterea quæ. Jam Vero Cm iuxta Hyppoth. Idam ipsr contigit fi-
eri prædicationem per se. Vel ri substantiæ prædicantur
de substantijs, Vel Antecedentia de subiecto seu de substantijs
Notat discrimen inter has Artes. idq 2plex.
Quorum Unū est.

Quorum unum est istiusm. Praedicata substantiae significant. 1.m discrimen.
esse seu naturam ipsius subiecti, idque vel universaliter.
(quod scilicet praedicatum convertitur cum subiecto) ut homo est rationalis
vel particulariter. (quando scilicet praedicatum non convertitur cum
subiecto ut pote quando substantia de suis speciebus praedicatur
ut homo est animal non tamen omne animal est homo.
sed aliquod tantum. Praedicata autem accidentium non sciunt
esse ipsius subiecti, ut universaliter, ita particulariter. secundum discri: 2dm
men. Accidentium seu praedicata accidentium non secundum se prae:
dicantur sed secundum ea quae ipsis substantiis insunt. Praedicata
vero subiectorum per se non autem secundum aliud praedicantur.

Iam si non pt. Hypoth. 3. Accidentia praedicantur Praeterea si.
de substantiis subiectis non convertibilibus. alias erunt praedicationes
contra naturam. At vero nec tandem affert rationem
secundum cuius universum discursus ita sumitur. Ibandum est
non iis praedicationibus quae fiunt secundum accidens dari subiecta
et attributa infinita. Cum itaque vel tales praedicationes secundum ac:
cidens fiunt, vel secundum substantiam. in quibus scilicet subiectum est
genus. ut animal est homo. aut differentia ut rationale est homo.
vel secundum accidens. idque 3pter. quando scilicet vel substantia prae:
dicatur de accidentibus vel contra. vel denique secundum accidens
~~et subiecta et attributa~~ quando nimirum accidens de accidente
dicitur. ut album est Musicum. Atque omnes istae praedicationes
sunt finitae ut sursum versus ita deorsum. Ergo omnino
dicendum est in praedicationibus secundum accidens et subiecta et attri:
buta esse finita. Probatur assumptio. primi generis praedica:
tiones finitae sunt cum genera et differentiae sint finitae
ut praedicationes directae seu naturales. generum et differ:
rentiarum finitae sunt. (alias si non essent definitiones)
ita etiam indirectae earum praedicationes sunt finitae.

Idem dicendum est.

* Idem dicendum est ~~[illegible]~~ de praedicationibus Rdi generis
Etenim Accidentia quae praedicantur de Substantia sunt fi-
nita, cum sint novem eorum Categoriae, quarum una quaeque
habet finita genera et differentias (alias etiam defectus non essent)
Et sic finitae etiam praedicationes erunt, substantiarum de Accidentibus.
Idem adhuc dicendum erit de praedicationibus Itij generis.
Etenim Accidentia ipsa Categoriarum diversarum non praedica-
tur secundum se, sed secundum subiectum cui insunt. hoc est secundum
substantiam. Atque subiectum ipsorum finitum est, cui finita
insunt accidentia. Ergo etiam tales praedicationes finitae sunt.
Itaque clarum est non tantum praedicationes per se, seu subiecta et
attributa per se, verum etiam praedicationes secundum Accidens
esse finitas. Cum illae tot sint quot etiam praedicamenta.
quae omnino omnibus ex partibus sunt finita. ~~Si igitur licet.~~

Itia ro. Praeterea vero. Ea tm. Ro Itia quam Averroes docet probare fini-
tatem praedicationum seu Mediorum quod cum nihil repugnet
praesenti instituto Aristotelico. Siquidem ostensa finitate prae-
dicationum ostendit simul finitates Extremorum. Antequam ante
Tres Hypotheses ipsam rationem proponat praemittit Hypoth. tres Prima est.
1ma illa tm ~~[illegible]~~ quae mediata sunt, et quae ~~[illegible]~~ sunt priora
2da. 2da quidquid demonstrandum est. nequaquam sciri potest nisi per
Demonstrationem. Itia Nulla Conclusio potest sciri, nisi
Itia. principia seu praemissae cognoscantur.
Si igitur Adductis Hypoth. talem rationem adfert. Medi-
ata per Demonstrationem debent sciri. atque nisi deveniatur ad ali-
qua prima, in quibus status sit, non poterunt sciri. Ergo non est pro-
cessus in infinitum. Probatur minor. nunquam ri sciemus propositio-
nes mediatas, seu demonstrabiles nisi per alias priores, quod si
ad primas nunquam perveniatur. tolletur scientia quod absurdum est

Analytice

Analitice. Rō. 4ta Analitica seu demonstrativa ut pote quae ex principijs doctrinae demonstrationis petita est. etenim sumitur ex conditione demonstrōis, illa scilicet, per quam docemur principia demonstrōis debere esse per se. Totum huius rei discursum ita concipe, quae de aliquo praedicantur per se finita sunt. Atque omnis praedicatio terminorum demonstrōis est per se. Et termini demonstrōis sunt finiti. Pbr Consequentia, Inductione. Praedicata per se primo modo et 2do sunt finita. Ergo simpliciter praedicata demonstrōum sunt finita. Pbr Antecedens. pro utraque parte, et primo quidem, quod praedicata 2di modi dicendi per se sunt finita sic: O. impar dr de numero per 2dum modum dicendi per se, tanquam proprietas in existens numero, in cuius definitione sumitur numerus ceu subiectum. Si itaque in praedicatis ex 2do modo dicendi per se esset progressus in infinitum, ita ut quemadmodum impar dr numero per se, ita etiam de impari, aliud par cum diceretur, et de hoc tertium, de tertio quartum, de quarto quintum, et sic in infinitum. tum sequeretur quod in definitione unius infinita acciperentur, in definitione item infinitorum unum: atque hoc dicere absurdum est. Ergo prorsus dicendum est praedicata ex 2do modo dicendi per se esse finita. Assumptio clara. quia definitio cum sit rei definitae, infinitas partes nullo pacto admittit. Consequentia pbr. quemadm. n in definitione imparis accipitur numerus, ita etiam si aliud praedicatum per se dr de impari in eius definitione idem numerus cum impari acciperetur. quando quidem in defōe omnium rerum necessario ponenda sunt, alia omnia quae ingrediuntur definitiones partium definientium.

Ergo infinita.

Ergo infinita prædicata ponuntur de subiecto prædicati per se eo ordine quo dictum, necessum erit aliquod eorum esse, in cuius definitione sumuntur infinita subiecta, de quibus per se prædicatur. Sequitur etiam, quod verum sumetur in definitione definitorum, ut in exemplo adducto numerus, tanquam primum subiectum omnium illorum, cum duo absurda hæc mutuo se consequantur: quia si unum sumitur in definitione infinitorum, etiam infinita sumentur in definitione unius.

Sed nec ea. Jam vero. Probat deinde prædicata ex primo modo dicendi per se, non esse infinita. Si ni essent infinita, definitiones omnino non essent. Falsum hoc ergo et illud. clara consequentia ex iis quæ dicta sunt in prædicatis 2di modi dicendi per se.

CAPUT XIX.

Cap. XXIII. Argum. cap. Duo hic traduntur primo colliguntur consectaria quædam ex iis quæ hactenus in hac libri parte tradita sunt. 2do ordinatur ratio resolvendarum demonstrationum seu propositionum mediatarum in immediatas.

His aut probatis. Demonstratis aut. Consectarium primum. quod ita accipe. Unum attributum potest inesse pluribus subiectis vel immediate

1m Consectarium. ut Isosceli et scaleno inest mediate habere tres angulos æquales duobus rectis. quatenus isosceles et scalenus sunt trianguli, quibus immediate inest illud ipsum attributum.

2dm. Propositum quoque est. Consectarium 2dm. Propositio mediata est demonstrabilis, quod sit in demonstrabilibus et affirmativis et negativis.

Sed principia. Atque etiam. Consectarium 3tium.

3tum. Tot sunt demonstrationes alicuius conclusionis affirmative vel negative, quot sunt media.

Cum autem aliquid Pars 2da. In hac tradit rationem resolvendarum propositionum mediatarum in immediatas, idque ut affirmative ita etiam et negative. Affirmative sic. cum aliqua propositio affirmativa mediata in prima figura concludi debet.

Sumendum est medium

Sumendum est medium, quod sit immediatè superius subiecto, inferius autē attributo, sicq; procedendum est: donec ad immediata perueniatur. E. G. Si occurrat concludenda hæc. Omnis hō est substā. Sume medium immediatè superius animali nimirum viuens, atq; sic deinceps. donec ad corpus. quod est immediatum et primum perueniens, non assumendo ea quæ superiora sunt maiori extremo vel remota a minori. In ijs vero In priuatiuis.

Descendit ad resolutionem negatiuarum demonstrationum in omnibus figuris. Atq; in prima quidem et vda figura extremum in propositione affirmatiua non est extra medium, hoc est, non est extremum medio superius, siquidem medium debeat affirmari vnliter de altero extremorum in affirmatiua propositione, de minore scilicet in Celarent et Cesare, de Maiore vero in Camestres. In tertio autem modo:

In figura tertia docet resolui seu concludi negatiuas, si medium neq; extra subiectum, neq; extra attributum sumatur, sed vtroq; inferius.

CAPVT XX. Cap. XXIV.

Sexta lib. pars complectens collationem demonstrationum. Hoc capite confertur demonstrō vnlis cum particulari vtra scilicet earum sit præstantior. Cum vero diuisio demonstrationum. Quæritur de ea propositio quæstionis. Argum cap. 1m igr.

At primam. Sequuntur rōes tres quibus demonstrōem particularem illam vocari, quæ affectionē aliquā, non de toto subiecto, cum primo in est demonstrat.

Sed de aliqua tantum parte eius. quemadm. etiā vniuersalis demonstratio illa dr, quæ affectionem de toto subiecto, cui primo inest demonstrat. E. G. Demonstrō probans oēm triangulum, habere tres angulos æquales duobus rectis.

duobus rectis. Universalis est; Contra demonstratio probans. Iso:
scelem habere tres angulos aequales duobus rectis. particularis est.
Cum Isosceles sit pars trianguli, cui primo inest dicta affectio.

1ma ratio. Est itaque ratio prima istiusmodi. Quae demonstrō certiorem
parit rei cognitionem; illa est praestantior. atque demonstrō
particularis certiorem parit rei cognitionem Universalis non
item. Ergo particularis praestantior est Universali. Maior

Sor. clara. Qa tota demonstrationis virtus in eo constituitur.
Ut scientiam pariat: itaque quanto aliqua certiorem rei cogni:

Xor. tionem fecerit, tanto etiam praestantior putanda est. Minor
probatur. Sic. Quae demonstratio facit cognitionem rei secundum
se, illa cognitionem parit rei certiorem: Particularis est
istiusm. Ergo. Maior clara, utique ex conditione demonstra:
tionis est petita. Minor probr. Vel potius declaratur duobus
exemplis. quorum primum est hoc sit probandum vel
demonstrandum Coriscus est Musicus. Si itaque demonstre:
mus Coriscum esse Musicum. tum scimus de Corisco secundum
seipsum et rōe suipsius. Si vero demonstremus hoēm esse
Musicum, tum scimus de Corisco, quod sit Musicus, non
secundum Coriscum, sed secundum hoēm, et rōem hominis.
Atque sic demonstrō particularis parit cognitionem rei
secundum se; Universalis autē secundum aliud. Exemplum alterum.
Si demonstremus Isoscelem habere tres angulos aequales duobus
rectis. tum sciemus de Isoscele secundum seipsum. et quate:
nus est Isosceles. contra si eandem affectionem demonstre:
mus. de triangulo, tum sciemus de Isoscele, non ratione
Isoscelis, sed rōe trianguli seu Communionis subiecti.

Observ. Nota hanc ~~rationem~~ eiusdemque probōem procedere sumendo
rem particularem aliquam et probando nam melius cognosci:
quod per proprium conceptum et particularem cognoscitur:
quam cum

quam cum per Universalem: ideoq ex tali conceptu rerum pro:
babiliter infertur, particulares demonstrationes anteponendas esse
Universalibus. Praeterea si Unitas. Adfert Idam rationem. Ida ratio.
Illa demonstratio est praestantior quae probat id, quod reipsa
est, quam quae probat id, quod nusquam est. atq demonstratio
particularis probat id quod reipsa est. Universalis autem ratio
quod nusquam est. Ergo. Maior Clara: Omnis scientia adeoq
ipsa demonstratio eorum sit, quae reipsa sunt. Minor probatur Xor.
Demonstratio Unitatis versatur circa Universalia quorum nullum
datur praeter singularia: itaq si aliquod Universale su:
matur praeter singularia, erit illud non Ens. Et ea per quam.
Et quae Errorem. Itia praestantior demonstratio. Itia ratio
quae non inducit nos in errores, nec in falsas opiniones, quam
quae inducit. Atq particularis demonstratio, non inducit nos
in errores Universalis autem inducit. Ergo. Probatur Minor. Xor.
Cum ni Unitatem demonstramus, tum Universalia separatim
a singularibus demonstramus, atq sic existimamus Unitatem
separatim existere, quod certe erroneum est. cum Unitatem
non sint praeter singularia. An vero. An primam quidem
Solvit deinceps rationes adductas. Atq primam rationem ellu: 1ma rationis
dit negatione Minoris propositionis, eiusdemq probationis. S.S. solutio.
Incertus cognoscit illos qui de Isoscele secundum se demonstrat.
habere tres angulos aequales duobus rectis. quia qui de Isosce:
le cognoscit, ad haec passio non Isosceli primo insit,
sed triangulo. Et sic ratio nihil concludit. Praeterea si sit Una
Jam vero. Solvit rationem Idam etiam negatione mi: Idae solutio.
noris oppositique assertionem. S.S. Universalia Univoca
sunt Entia, quemadm. et ipsa singularia imo illa adhuc
magis Entia sunt cum sint aeterna: quod in singularibus
non est: cum illa ut plurimum corruptioni sunt obnoxia

Neq vero

Itid. Solutio. Neq. Vero Solvit rōem Itiam negatione itidem minoris. S. S.
+ non ppterea. quod de ipso Universali scdm se aliqd demōstratur
necessarium est existimare. Universalia esse separata a singula-
ribus. quemadm. id de accidentibus scdm se demonstramus,
non ppterea necessum est. cognoscere accidentia esse extra
subiectum, cui ppetuo inhaerent, quod si qs opinatur acci-
dentia omnino esse extra subiectum. Vel etiam Unitia extra
singularia tum ipse potius est causa sui erroris, non vero
ipsa demonstratio. cum ea quae in scientijs separatim cogno-
scuntur non est necesse. Ut re abs se separata sint.

Ro 1ma p Unitis. Praeterea si demōstrō sequuntur rōes septem ondentes Unitem de-
monstrōem esse praestantiorem particulari. Rō 1ma ponitur
hoc loco istius modi. Demonstrō est ratiocinatio per causam
probans. atq Unite est magis causa, quam particulare. Ergo
Minor. demonstrō Unitis est praestantior. Pbr minor. Cui per
se et primo aliqd (hoc est passio) convenit et inest. Illud
est ipsius passionis magis causa. atq Unitibus per se et primo
inest passio. Ergo ipsius demonstrō erit magis per causam
et per consequens demonstrō Unitis est praestantior particulari.

Rō 2da. Praeterea consq Rō 2da. Per quam demonstrōem mxe
scimus, illa est praestantior. atq per Unitem. Ergo. pbr nōr:
qa Unitis demonstrō fit per causam primam, cuius
scilt alia causa non est id exēplo Artes illustrat quod
Rō Itia. in textu vide. Adhaec Rō Itia. Per quam
Praeterea quomagis
demonstrōem magis accedimus ad res finitas praestantior est multo
ea per quam accedimus ad res minus finitas. Vel etiā infinitas.
Atqui per Unitem accedimus ad res magis finitas per par-
Maior. ticularem ad minus finitas vel infinitas. Pbr maior.
minor. Amborum est scientia. Minor vero. Unitis ri demōstrō
tota in Universalibus constituitur. atq dum a singularibus
quae infinita.

quae infinita fere sunt. Progredimur ad unum aliquid deve:
nimus, idque finitum, secus fit dum ab universalibus ad sin:
gularia progredimur. Jam vero. Rō 4ta. Praeterea opta-
tilior. Rō 4ta.

Quae demonstratio plurium rerum parit cognitionem, illa est
praestantior, quam quae pauciorum. Atque universalis plurium rerum
cognitionem parit particularis vero pauciorum. Ergo. Probatur
minor. Per universalem ri demonstrationem, et universalia et particularia
cognoscimus. Siquidem cognito universali cognoscitur etiam par:
ticulare, saltem confuse, per particulare vero sola particularia.

Sed etiam hoc pacto. Rō 5ta. Quae per prima prin:
cipia, vel saltem propiora primis demonstrat, praestantior est
quam quae per remotiora. Atque universalis per prima principia
vel per propiora primis demonstrat, particularis vero per
remotiora. Ergo ambae propositiones sunt clarae. Praeterea sic ide. 5ta rō.

Sed sunt. Admonet primam, secundam et quintam
rationem adductam esse analiticam, tertiam et 4tam Logicam.
Uti quae ex locis communibus comparatis desumpta sunt, po:
tissimum autem ex illo. plura bona praestantiora sunt paucioribus. Sed ex dictis. maxime autem

Ex eo vero. Rō 6ta. Quae demonstratio alterius
cognitionem potestate duntaxat continet, praestantior est quam
quae neque potestate neque actu alterius cognitionem continet.
Atque universalis continet cognitionem particularis potestate par:
ticularis vero, neque potestate neque actu continet cognitionem
universalis. Ergo. Minor declaratur exemplo. 6ta rō

Et universalis. Rō 7ma. Demonstratio universalis
ratione et intelligentia continetur, particularis autem sensu:
Ergo. Demonstratio universalis particulari praestantior erit.
Probatur consecutio. Cognitio ri intellectus est praestantior
cognitione sensus. 7ma rō.

CAPUT XXI Cap. XXV.

Probat 4. rationibus demonstrationes affirmativas praestantiores esse negativis Argum. cap.

Ho primum.

Esto namq̃. Hic primum Rō 1ma Quae paucioribus demonstratio eget me-
rō 1ma diis (media autē vocat in textu postulata Hypotheses et pro-
positiones) Ut ad immediata reducatur principia, cum reliqua
paria habeat, certè praestantior est quam quae pluribus me-
diis eget: atq affirmativa paucioribus, negativa pluribus eget:
Ergo. Nota in primis in minori propositione addi, cum reliqua
paria habeat. propterea qa ut affirmativa, ita negativa demon-
stratio. quae in praestantia conferuntur debent esse ex veris et
necessariis, et ex prioribus, et ex se: Nam si affirmativa illa quae
progreditur ex paucioribus non sit ex necessariis, neq per se, vel
etiam sit ex causis remotis, aut effectibus. non erit certè praesta-
tior: Similr necessum est ut ambae sumant terminos aequales.
Si ni negativa sumat terminos superiores, affirmativa vero
inferiores, tum negativa paucioribus mediis egebit. Itaq utri-
usq demonstrōis in omnibus caeteris rebus debet esse aequalitas
hoc tm excepto, quod una earum, nimirum affirmativa
paucioribus egeat mediis, altera autē negativa, se ut pluribus.
Ior. ipsr pbr. Pbr itaq maior propositio ipsr 1mo qa praestantius
est cognoscere citò quam tardè: iam citius cognoscimus per
pauciora media, tardius per plura. Sed eadem maior pbr.
Exemplo, quod in terminis significativis ita accipe. Sit
propositio demōstrabilis haec. Homo est substantia, quae demon-
stratur per vera media. hoc est per animal, vivens, corpus.
Atq sic erunt tres demonstrōes. 1ma haec al est substa.
Homo est animal. Ergo. Altera. Vivens est substantia.
Animal est vivens, Ergo. Tertia. Corpus est substantia, vivens
est corpus. Ergo. Ex his 2da praestantior est quā prima.
Cum certior est illa, haec incertior. qm ni praemissae
demonstrationis 2dae sunt certiores, et priores conclusione.
erunt etiam certiores principiis primae: Nam conclusio
2dae est propositio maior primae Tertia.

Tertia item demonstratio melior est quam 2da. Ut clarum est. Deinde probatur. Quia scilicet negativa demonstratio eget propositionibus et affirmativis et negativis. Ut demonstretur: affirmativa autem solis affirmativis; quamvis interdum non plures sunt termini in una quam in altera. Unde negativa constat quidem totidem terminis secundum numerum, at secundum speciem pluribus: Nam affirmativum et negativum diversae speciei sunt. Jam vero. Illa demonstratio est praestantior, quae seipsa est contenta, neque eget altera; illa vero ignobilior, quae ad sui perfectionem indiget altera, atque affirmativa non indiget altera. negativa autem indiget. Ergo. Maior clara egere ni est signum imperfectionis. quemadmodum non egere perfectionis. ob idque illud est indicium ignobilitatis; hoc praestantior. Minor probatur. Pura propositio negativa in demonstratione negativa indiget omnino propositione affirmativa: alias nihil concluderetur, cum ex puris negativis nihil concludi possit; siquidem ex duabus affirmativis conclusio affirmativa inferatur. Praeterea quia principium

His accedit. Ratio 3tia quae coniungenda est cum 2da. Servit autem haec ratio demonstrationibus negativis illis, quae mediatis propositionibus constant, ob idque demonstrabilibus. hoc est aliis demonstrationibus egentibus. ita ut si ambae propositiones fuerint mediatae, ambae etiam demonstrationibus sunt probandae. Sensus itaque rationis istius hic est. Proposita demonstratione aliqua negativa. cuius et affirmativa propositio, et negativa sunt mediatae, si descendamus ad affirmativam demonstrandam, tum in huius demonstratione non est opus accersere propositionem negativam. cum affirmativae non nisi per affirmativas probentur. at si descendamus ad demonstrandam negativam, tum omnino opus est, ut in tali demonstratione adhibeatur etiam affirmativa propositio, iuncta negativae. Ut clarum est. Si sic: relinquitur ut dicamus negativam demonstrationem.

Si igitur notius

ratio 2da.

Maior.

Minor.

ratio 3tia.

demonstrōem egere affirmatiua, quod est signum imperfectionis ipsiusque ignobilitatis. Ut dictum est.

Quinetiam rō 4ta

Postremo si nil rō 4ta. Cuius principium est praestantius illa quoque praestantior censeri debet. atque affirmatiuae demonstrōis principium est praestantius: Ergo. Probr nōr. Affirmatiuae ri demonstrōis est principium, propositio affirmatiua; negatiuae vero propositio negatiua proprie: (affirmatiua ri communis est utriusque) iam affirmatiua propositio est praestantior, cum prior sit ipsa negatione, quemadm. etiam esse prius est quam non esse. obiidque illud hoc est praestantior. praeterea cognitio negatiuarum dependet ex cognitione affirmatiuarum, tanquam cognitio priuationum ex cognitione habituum.

Sed etiam. Repetit rationem secundam.

Cap. XXVI.

CAPVT XXII.

Argtm cap.

Vnica rōe probat demonstrōem ostensiuam praestantiorem esse demonstrōe ducente ad incommodum. Quod dum agit non negligit modum formandae utriusque demonstrōis. praeterea similitudinem, atque discrimen. Qm. Cum autem.

Initio statim probat institutum hoc Enthimemate: Demonstrō ostensiua affirmans est potior negante: negans rursum ostensiua est potior demonstrōe ducente ad incommodum: Ergo simpliciter omnis demonstratio ostensiua potior est ea quae ducit ad incommodum. Nota Artem non probaturum totum Antecedens, sed tantum alteram ipsius partem, nimirum ostensiuam negatiuam potiorem esse ducente ad incommodum. Etenim prior pars iam probata est capite praecedenti: Antequam tamen hanc partem probet, praescribit primo modum formandae demonstrationis ostensiuae negatiuae, et ducentis ad incommodum. praeterea assignat similitudinem, et discrimen utriusque demonstrōis.

Oportet autem. Nam cum. Praescribit modum formandae demonstrationis ut ostensiuae

Ut ostensiuarum, ita ducentium ad incommodum. Hic autē Modus non est diuersus ab illo, qui in priore analisi est traditus. Termini igr

At extremorum. Adfert deinde similitudinem ostensiuæ negatiuæ, et ducentis per incommodum. ambæ sūt habent tres terminos eosdem, in aliqua figura dispositos. Similitudo. Interest autem

Sed pmultū interest. Sequitur discrimen. S. E. Demonstrō ostensiua negatiua pgreditur a propositionibus ad Conclusiones; ducens vero ad incomodum a Conclusione pgreditur ad propositiones: ideoq; illa a prioribus natura ad posteriora. et a notioribus ad ignotiora progreditur. Hæc vero a posterioribus et ignotioribus natura progreditur ad priora et notiora. Discrimen

Etenim sumpta opposita Contraria Conclusionis ab ea progreditur ad oppositam alterius propositionis inferendam; Exempli grā. X. rōale est irrōale: Ois homo est rōalis: Ergo X. homo est irrationalis. Item. Ois hō ē irrōalis. O. rōale est hō. Ergo oē rōale est irrōale. Ex hoc discrimine sumetur mox probatio Antecedētis. Si igr demonstratio.

Quocirca. Tandem probat Antecedentis partem Idam sic: quæ ex prioribus et notioribus pgreditur, præstantior est ea, quæ ex posterioribus et ignotioribus. Atq; ostensiua negatiua pgreditur ex prioribus et notioribus: ducens autē ad incōmodum ex posterioribus et ignotioribus. Ergo. Unde Concludit generaliter hanc doctrinam. S. E. Si negatiua ostensiua præstantior est ducente ad incommodum. omni autē negatiua demonstrōe sit præstantior affirmatiua: etiam demonstrō affirmatiua ostensiua præstantior erit ducente ad incomodum. adeo omnis demonstratio ostensiua erit præstantior demonstrōe ducēte ad incomodū. Quocirca si hac

CAPVT XXIII. Cap. XXVII.

Septima lib. pars. in qua proponunt et discutiuntur Theoremata quædam, quæ ad demonstrōes multum conferunt. Hoc cap. explicātur 4. quæ suo loco videbuntur. Argtm cap.

Scientia.

Est autem scientia. 1mum Theorema. quo ostenditur quomodo una eadem scientia sit certior, atque accuratior altera. Tradit autem tres modos.

1m Theorema. quibus cognoscimus. quaenam accuratior sit scientia, et quae minus accurata.

1mus modus. Primus hic est. Accuratior fit ~~disciplina~~ scientia, per quam rem cognoscimus et quid sit, et propter quid sit. Minus accurata illa, per quam cognoscimus rem, quid sit tantum, sive id fiat per sensum, sive per demonstrationem ab effectu: sive quocunque alio modo quod non cognoscamus propter quid.

2dus modus. Et quae non est. Modus 2dus. Accuratior est illa scientia, quae est de non subiecto, quam quae de subiecto. Nota per subiectum intelligi rem cum materia sensibili, consideratam, per non subiectum autem rem sine materia sensibili. consideratam: sic Arithmeticus considerat numerum citra omnem materiam sensibilem. Musicus eundem numerum, sed cum materia sensibili, sono scilicet.

Et quae est ex paucioribus. Et quae. Modus 3tius. Accuratior est scientia, quae considerat rem ex paucioribus constantem. minus accurata illa quae rem considerat ex additione. Vel accuratior est illa quae res simpliciter considerat, quam quae rem ex pluribus praecedentem. seu plura alia supponentem. Sic Arith. accuratior quam Geometria. Illa etenim considerat unitatem sine omni positione. haec autem punctum cum positione. dicitur autem positio nihil aliud quam ordo partium, in ordine ad locum, quam positionem habet unum quoque continuum permanens, de quo agit Geometria. quod certe in discreto non est. de quo agit Arith. Nota punctum non secundum se habere positionem, quandoquidem non secundum se sit in loco, sed tantum secundum Corpus. quod extremitatibus lineis et punctis terminatur.

Cap. XXVIII. 2dum Theorema. Una scientia. Theorema 2dum. quo docetur, quae nam sit scientia una. §. 1. Una scientia est illa, quae est unius generis, hoc est quae tractat de iis, quae ad unum genus pertinent, qualia sunt, quae ex iisdem primis principiis constant. Ut homo, leo, planta, mixta omnia. Elementa. sunt eiusdem generis quandoquidem.

quandoquidem ex ijsdem principijs primis. hoc est ex Materia et forma constant. Item quae agit de partibus ex passionibus eorundem quae ex principijs ijsdem sunt. hoc est ex principijs ijsdem subjecti scientiae. Diversae. Theorema Itium. Itium.
quo conditur, quae nam scientiae sint diversae: illae scilicet quarum principia, neque ex ijsdem primis principijs pendent, ne caltera ex alteris. Duo principia altera ex alteris non pendere tum, quando unius scientiae principia non dependent ex principijs alterius: quod adiectum est propter partes scientiae eiusdem, et propter disciplinas subalternas. Huius rei signum.

Signum vero. Addit signum quo dignoscimus diversitatem scientiarum, vel etiam unitatem. Id autem signum nullum aliud est praeterquam resolutio in prima principia: haec ni necessum est esse eiusdem generis, eiusdemque naturae cum omnibus Theorem. seu Conclusionibus, quae demonstrantur, si debeat esse una scientia: nam alias diversae erunt scientiae. Ideo si occurrant res diversae, et cognoscere velemus, an ad eandem scientiam pertineant nec ne, resolvendae sunt in prima prima principia: Etenim si prima principia fuerint eiusdem Naturae inter se, et cum illis rebus dicendum erit eas res ad unam sciam pertinere; sin minus ad diversas. Imo etiam e converso, si dubium sit, an aliqua principia ad eandem scientiam pertineant, an vero ad diversas. Signum est quo id dignoscamus, si conclusiones, quae ex illis principijs deducuntur consideremus. Etenim si Conclusiones fuerint inter se eiusdem generis una cum illis principijs dicendum erit illa principia unam scientiam constituere, non plures; sin autem Conclusiones non eiusdem generis fuerint cum principijs, signum erit illa principia ad aliam scientiam pertinere. Modus cognoscendarum scientiarum.

Jam fieri. Quartum Theorema proponit in quo docetur. Cap. XXIX. 4tum Theor.

docetur. Eiusdem conclusionis plures posse fieri demonstrationes per diversa media, sive illa fuerint eiusdem ordinis, quamvis forte illa non fuerint coniuncta, sive diversi. Per eundem ordinem intellige cum Themistio eandem generis coordinationem. E. G. Homo est substantia potest demonstrari per media eiusdem ordinis. Animal, Vivens, Corpus. Rursum per ordinem diversum, intellige media non ordinata ad invicem, ut se habet bipes et rationale, per quae demonstratur homo esse animal.

Nota medium non coniunctum illud dici, quod est mediatum, inter quod scilicet, et illud quod est primum, datur aliud interiectum: sic animal rationale corporis dicitur medium non coniunctum, quia inter animal et corpus datur vivens.

Ut sequitur esto 2o. Exempli gratia. Proponit exemplum demonstrationis quae fit per plura media diversi ordinis. S. E. Sit conclusio demonstranda haec: Omne quod voluptate afficitur, mutatur; sint duo media diversi ordinis, nimirum moveri et tranquilari. Tandem argumentare sic: Quicquid movetur, mutatur, quicquid voluptate afficitur movetur. Ergo. Item: Quicquid tranquilatur mutatur: Quicquid voluptate afficitur, tranquilatur. Ergo quidquid voluptate afficitur mutatur.

Quare per diversa. Verum. Admonet media ex diverso ordine desumpta, non esse adeo diversa, ut non possint praedicari de se invicem, cum alicui tertio insint. Ob idque talia media ad invicem de se possunt praedicari. E. G. Quiescens movetur, hoc est cui quies inest, ei etiam motus inest.

Considerare autem. Videmur Concludens doctrinam de pluribus demonstrationibus unius conclusionis, docet etiam in aliis figuris praeter primam posse unam conclusionem demonstrari per plura media

CAPUT XXIV.

Cap. XXX. Argum. Duo Theoremata hic sunt. Primum. quae casu et forte fortuna

forte fortuna fiunt. non cadunt sub scientiam, ob idq; eorundem non est demonstratio. Alterum per sensum nihil scitur.

Fortuitae autem 1m Theorema.

Eorum autem. Theorema primum. Cuius ratio est istiusmodi: quae ri casu et forte fortuna fiunt, non sit necessaria, aut plerumq; vera, siquidem raro fiunt: iam scientia non est nisi necessariorum. aut plerumq; verorum.

Cap. XXXI. Nec per sensum. Idem.

Ac ne. Theorema Idem. Cuius ratio est istiusm. Quamvis ri ipse sensus, seu potentia sentiendi, sit rerum universalium. S.G. aspectus habet obiectum colorem, auditus sonum. Q. ipse tn actus sentiendi est singularium, quae sit hic, et nunc, et secundum locum, atq; tempus variantur, quales certe res sunt scientiam cadere non possunt, uti quae est universalium, quae cognoscuntur per causas universales. Id Artes illustrat exemplo 2plici. quod clarum est in textu. Illud tn. Verum tamen ex eo.

Docet quod quamvis per sensum non fiat scientia, eum tamen multum conducere ad parandas scientias. quatenus scilicet ex inspectione singularium multorum cognoscimus causas et principia universalia, ex quibus fit demonstratio, et per consequens ipsa scientia.

Sunt vero non nulla.

Verum tamen. Docet in scientijs necessarium esse aliquando sensum, etenim sunt quaedam problemata, quae sine ope sensus, nequaquam sciri possunt. nam quod ipse sensus sit scientia, aut in sensu sit scientia. sed quod per sensum singularia cognoscimus, universalia intellectu venamus. de quo esset scientia. Doctrinam hanc illustrat Artes exemplo veterum, hoc tn ab Arte secundum vulgarem ipsorum opinionem adducitur, cum revera vitrum transmittat lumen propter corporis diaphani naturam, quae et ipsa recipere lumen et alio transmittere apta est.

Cap. XXXII. Argumentum.

CAPUT XXV.

Hoc capite unum Theorema explicatur, nimirum omnium rationum et scientiarum.

et Diuisio. et scientiarum, non eadem sunt principia. Vniuersum caput discer-
pitur in tres conclusiones, quibus summae rationes adijciuntur.

Fieri autem nequit. Sed fieri: Conclusio 1ma. Omnium ratiocinationum non pos-
1ma Conclusio. sunt esse eadem principia. Ro. Rationes quaedam sunt veras, quaedam
sunt falsae. Ergo ratiocinationes non possunt esse ex ijsdem principijs.
Patet Consecutio. Etenim vera Conclusio non potest inferri
ex falsis, sed tantum ex veris. Quamuis ri. Quam etsi hic

Occupatio. Poterat aliquis obijcere: an etiam ex veris principijs non
& Solutio. colligitur falsa Conclusio? Respondet colligi quidem falsam Con-
clusionem ex veris principijs; (Ut onsum Ido priorum).
sed id fit tantum semel. hoc est principalis aliquis syllo-
gismus potest ex veris inferre falsum. Ut omnis arbor est
animal. Omnis homo est arbor. Ergo. Si talis syllogismi pro-
positiones sint probandae, per prosyllogismos, tum propositio-
nes prosyllogismi vel ambae erunt falsae, vel alterutra.
Conclusiones autem perpetuo falsae. E.G. Omnis planta est
animal, Omnis arbor est planta. Ergo omnis arbor est animal.

Deinde vero nec falsae. Conclusio 2da. Etiam falsae ratiocina-
2da Conclusio. tiones non eadem habent principia. Ro. Multa ri genera sunt,
eademque diuersa Conclusioni. Etenim aliae Conclusiones sunt
falsae tantum, aliae impossibiles: Impossibiles rursum aliae sunt
in quibus Relatiuum Correlatiuo attribuitur; aliae in quibus
Contrarium Contrario. aliae in quibus necessario negatur. 2d
Atque sic constat diuersa esse principia falsa pro varieta-
te scilicet seu diuersitate Conclusionum: cum proinde
Conclusiones sint falsae, quia propositiones sunt falsae.

Atque ex ijs autem Conclusio 3tia. Ratiocinationes veras
3tia Conclusio. non possunt esse eadem principia. Probatur haec Conclusio rationibus 4.
1mo probatur. 1ma est hoc loco istius. Principia quorundam talia sunt, quae
genere differunt. nulloque modo inter se conueniunt: Ergo
non sunt eadem principia. Antecedens declaratur Exemplo
Vnitatis, quae

Unitatis, quae est principium numeri, et puncti, quod est prin:
cipium magnitudinis: Unitas autem et punctum diversa
sunt, genera, cum Unitas sit quantum discretum situm non
habens punctum autem quantum Continuum situm habens:
sicque patet principia quorundam non convenire inter se.

Idipsum adhuc confirmatur. Etenim si omnia principia
convenirent inter se. E.G. Unitas et punctum, tum conveni:
rent vel in Medijs terminis, vel in Maioribus Extremis (quae
vocat sursum versus) vel in minoribus (quae vocat deorsum)
idque vel interius, hoc est in prima figura vel exterius, hoc
est in 2da et 3tia figura: ita ut sit sensus. Si Unitas et
punctum inter se conveniunt tum vel propterea conveniunt
quod utrumque vel maius vel minus Extremum est in eadem
Conclusione probanda. Vel medium in aliqua figura, quod cer:
te fieri non potest, cum per punctum et Unitatem non
probentur eadem; itaque Unitas et punctum non sunt eadem prin:
cipia et per consequens ratiocinationum verarum, eadem principia non sunt.

Sed hec Ratio 2da. Si sunt eadem principia syllogismorum 2do.
verorum. Ergo communissima principia eadem erunt in omnibus syllogi:
smis. falsum hoc. ergo et illud. Assumptio probatur. Etenim
talia principia non aliter demonstrant particulares scientiarum
Conclusiones, praeterquam coarctata, et applicata ad particu:
laria scientiarum subiecta et affectiones ad extremum ipsa
principia. Cuiusque scientiae propria. Subiecta autem scientiarum
cum sint diversissima. Ut constat ipsa quoque principia
erunt diversissima. Jam vero. Ratio 3tia 3tio.

Principia non multo pauciora sunt, quam Conclusiones: Item Praeterea prin:
Conclusiones infinitae sunt principia finita: atque tales Con: cipia non multo
clusiones sunt diversae. Ergo etiam principia earum erunt
diversa. Probatur Maior. Nihil enim sunt principia, nisi pro: Maior.
positiones, quae cum omnes sint immediatae, sed aliquae etiam
sunt Conclusiones.

sunt Conclusiones aliorum Syllogismorum. ideo dicitur principia non multo pauciora Conclusionibus. Nota Conclusiones dici infinitas, non quod revera infinitae sint, sed quod innumerae.

Observa.

Nota 2do propositiones ex assumpto illas vocari ab Artis quae fiunt in 2da et 3tia figura. Propositiones item ex interiecto illas, quae fiunt in prima figura.

Praeterea principia demum

4to.

Ro 4ta. Necessarium et Contingens sunt diversa. Atq principia alia sunt necessaria alia Contingentia. Ergo principia diversorum sunt diversa. Et maior et minor propositionis patet: etenim non omne verum est eiusdem rationis.

Quod si aliqui quodam

Occupatio

1mus modus

Ratio

At vero. Refutat 4 modos quibus aliquis ostenderet eadem esse principia omnium ratiocinationum, seu scientiarum, inter se: alia ni sunt principia Geometriae, alia Arithmeticae, alia Physicae, alia Medicinae; nihilominus tamen eadem principia, eadem erunt in hoc sensu. quod singula eadem sunt in eadem scientia. ita ut eius scientiae sint et non aliarum. Dicit itaque Artes ridiculum id esse, cum hoc dicere nihil aliud est quam principia diversarum scientiarum diversa esse: cum omnia principia sint propria suarum scientiarum, hocque pacto res omnes possunt dici eaedem. quia quaelibet res est sibi eadem.

At vero neque hoc

2dus.

Sed ne id quidem

Modus 2dus. Omnis Conclusio per omnia et singula principia probari potest. Exponet Artes id falsum esse: quod primo exemplo scientiarum, in quibus diversae Conclusiones per diversa principia probantur. Sic in Geometria. per alium principium probatur Triangulum habere tres angulos pares duobus rectis. per aliud diametrum non habere Communem mensuram ad latera quadrati. Deinde ratione istiusmodi: quia dum Conclusionem aliquam resolvimus, tum devenimus ad principia non quaelibet, sed certa: etenim cum principia sint propositiones immediatae, quales potissimum fiunt ma

fiunt maiores, in quibus praedicati locum obtinet eadem affectio, quae in Conclusione etiam praedicati loco ponitur, necesse certe est, ut omnis Conclusio resoluatur in scientiam immediatam propriam et certam. Atque sic omnis Conclusio non poterit per omnia et singula principia probari. Si quis autem

Quod si. Modus 3tius. Cuius sensus hic. Habent quidem Conclusiones principia propria proxima, quae scilicet pro diuersitate Conclusionum diuersa sunt; attamen principia prima et remota, in quae scilicet ultimo conclusiones resoluuntur eadem erunt. Dicit ergo Aristoteles in uno quoque genere scientiae et demonstrationis, primum principium, seu propositionem immediatam unam tantum esse, quae in diuersis scientijs est diuersa. quandoquidem etiam subiecta diuersarum scientiarum diuersa sint. Rei principium aut unum uniuscuiusque scientiae intellige definitionem subiecti, quae una tantum est cum etiam subiectum unum sit. Si igitur. Quod si nec fieri potest.

Modus 4tus. Non ita sunt eadem principia omnium scientiarum seu demonstrationum. Ut ex quibuslibet principijs demonstrentur quaelibet Conclusiones: neque etiam ita diuersa, ut nullam habeant conuenientiam inter se; sed potius omnia principia omnium scientiarum conueniunt inter se genere. distinguuntur autem specie. Negat. Aristoteles posse fieri principia eiusdem generis omnia. Etenim saepe dixit rerum genere differentium, principia genere differre. cum illae res. quae in eodem genere continentur, et in eadem communi Natura conueniunt, considerentur, ab una eademque scientia: quoniam itaque scientiae inter se sunt diuersae necesse est earum subiecta esse diuersa. ita ut toto genere differrant: sicque etiam ipsa principia non tantum specie, sed etiam genere differrunt. Nam principia explicia et.

Sunt ri. Poterat obijci quod principijs Communibus, qualia sunt axiomata. Videntur participare omnes scientiae.

scientiæ. et sic eadem erunt principia omnium scientiarum. Solvit

Principia ipsius. Artes obiectionem sic. Duplicia sunt principia communia et

propria: illa sunt eadem omnium scientiarum. hæc diversa

Nota per principia propria intelligere Artem subiecta;

quæ tamen hic nominantur, non quatenus scientijs suis sub-

sternuntur tanquam fundamenta, sed quatenus utroque modo præ co-

gnita faciunt propria principia, quæ sunt suppositiones et

definitiones. Nota ideo Axiomata, ab Arte hoc loco

vocari ex quibus conclusiones efficiuntur, non propterea quod revera

Axiomata demonstrationem ingrediantur. (Etenim singulæ de-

monstrationes non nisi ex proprijs principijs fiunt) sed quod demon-

strationes ex ijs pendent tantum, hoc est vi illorum fit.

Cap. XXXIII. CAPUT XXVI

Argumentum cap. Excutitur hoc cap. Theorema istius m. Scientia differt ab opinione.

et scibile ab opinabili. Universa autem huius rei tractatio in duas

partes dividitur: in prima ostendetur discrimen, inter scientiam

et opinionem ab obiectis petitum. hoc est a scibili et opinabili:

ex altera adducetur discrimen a modo cognitionis, qui

pertinet ad subiectum, hoc est ad animum nostrum cognoscentem.

Id vero quod sub. Sed scientia. prima cap. pars In hac statim ponitur

Conclusio generalis istius m. Scientia differt ab opinione, et scibile

ab opinabili. Conclusionem primo probat ab obiectis scientiæ et

opinionis diversis. Etenim scientiæ obiectum sunt res universæ,

eædemque necessariæ, et ob id aliter se non habentes, in

quibus scilicet fluctuat animus, nesciens utri parti se applicet.

quales certe sub scientiam, et intelligentiam (quæ est habitus

principiorum) non cadunt. Planum Constat igitur

Probat scientiam non esse aliter se habentium: alias ri illa quæ

aliter se non habent, hoc est necessaria, possent esse secus

atque sunt, quod implicat contradictionem

Quod quidem

Quod qd. Probat opinionem esse verum aliter se habentis Atq hoc est.
ipsi. quod sit infirma, et incerta, incertitudo autem est argtm rei
aliter se habentis. 2do. Qa nemo dicit se opinari illud quod
certo scit. Quomodo igr. Pars 2da. In qua ondit sciam
et opinionem non esse idem roe subiecti. Limirum animi seu
modi cognitionis. Universam aut hanc doctrinam proposita uni:
ca dubitatione, quae ondit scientiam et opinionem esse idem ab:
soluit. adiecta solutione. Est itaq dubitatio haec. quam: Obiectio
obrem non sunt idem scientia et opinio cum idem obiectum
habeant? quam ri conclusionem quis scit, eadem alij opi:
natur. idq per eadem media, donec ad immediata perveniat.
Rndet Artes ipsi. 1mo sic. dato et non concesso quod Rnsio ipsius
idem sit obiectum. et scientiae et opinionis. attamen scientia 1ma
unaquaeq postulat, ut eius obiectum, non tantum sit necessa:
rium, sed etiam ut ab animo cognoscente, idipsum obiectum
certo cognoscatur. 2do sic. Non sunt omnino eiusdem obie: 2da
cti scientia et opinio: sed aliqndo eiusdem, et aliqndo non
eiusdem. Confirmatur id. Non aliter scientia et opinio sunt
eiusdem obiecti atq opinio vera et falsa: atq opinio vera
et falsa non sunt eiusdem omnino obiecti. ~~Probr nor deducti:~~
sed tm aliqndo eiusdem et aliqndo diversi. Ergo scientia et
opinio, non sunt eiusdem omnino obiecti. Probr nor dedu: Minor.
ctione ad incomodum. Etenim si opinio et falsa et vera
eiusdem omnino essent obiecti. sequeretur ut ille, qui falso
aliquid opinatur, non opinetur. quod est certe contra Hypoth.
dicimus ri opinionem falsam esse opinionem. Quod autem
id inde sequatur, ostenditur sic. Veritas ri orationis, et
ipsa res omnino se consequuntur ~~ita~~ ut si res est, oratio
quoq erit vera, et si oratio est vera, ipsa quoq res est.
Si itaq res aliqua statuatur esse. E.g. Petrum esse
hominem. erit opinio vera. Petrum esse hominem.

falso ri. opinaretur.

falso ri opinaretur. Petrum non esse hoem. atq non eadq est res, Petrum esse hominem, et Petrum non esse hoem: Proinde dum statuimq eandem rem, cuiq sit vera opinio, eiusdem rei non datur opinio falsa: Unusquisq ri eam opinans ~~vera~~ opinabitur. Unde sequitur. Ut qui falso eam opinatur, non opinetur. quamobrem cum illud consequens sit falsum, sequetur inde opinionem veram et falsam non omnino esse eiusdq obiecti. sed aliqndo eiusdq. aliqndo diversi.

Eiusdem autē rei

Sed qm. Docet tandem quomodo opinio vera et falsa sint eiusdem obiecti, et quomodo non. dicit itaq. idem dici variē, et non uno modo verum est opinionem veram et falsam esse eiusdem obiecti. altero falsē. S. G. Diametrum esse commensurabile lateri, non est verum opinari, sed opinio est falsa; diametrum vero non esse commensurabilē lateri, est vera opinio. Opinio itaq vera et falsa est eiusdq scilt subiecti. Ut puta diametri. Non tamen est prorsq eiusdq rōis hoc est scdm idem praedicatū. Vera ri opinio dicit, non esse commensurabilem: falsa vero esse commensurabilem.

Non igr omnino opinio vera et falsa sunt eiusdem obiecti: quod etiam dicendum est de scientia et opinione.

Ex his autem.

Pspicuum. Infert neminem posse idem simul opinari et scire, aliās ri existimare idem simul et aliter se habere rem posse. et aliter rem se habere non posse; quod certē impossibile est: nisi id accipiatur in diversis hominibq: sic ri fit, ut quod unq scit. id aliq opinetur.

Reliquā autē. Reijcit a praesenti consideratione alios habitus, qui potius ad doctrinas extremas ~~Messapiscae~~ Aethicae pertinent quales sunt Ars, prudentia. intellectq, Sapientia. &c.

Cap. XXXIV.

CAPVT XXVII.

Argtm. Ultimum Theorema examinat hoc capite, dum quaerit qd sit solertia, sen

Solertia seu sagacitas. Solertiae itaque definitionem primo adfert Artes, quam deinde tribus Exemplis illustrat, quae omnia in textu clarissime patent.

ARISTOTELIS ANALYticorum Posteriorum Liber Secundus.

Argumentum Libri.

Traditur hoc libro doctrina, de medio demonstrationis sub quo continetur Definitio. Partes hic liber habet quinque. In prima agitur de quadruplici quaestionum genere: continetur haec duobus capitibus. In 2da ondit, quomodo Quid est demonstretur. et quomodo ad demonstrationem se habeat. continetur cap. 8. In 3tia adducitur divisio Causarum. Ubi simul ondit, quae nam causae mutuo concurrant, et quae non, quomodoque eaedem causae demonstrari possunt: continetur cap. 9. In 4ta. Consideratur Compositio definitionis ex suis partibus, simulque ratio eiusdem investigandae, adiecto modo inveniendarum causarum: continetur cap. 4. In 5ta. agitur de Habitu, seu Cognitione principiorum. et Divisio.

CAPUT I.

Prima lib. pars. In hoc cap. agit de numero quaestionum. earundemque distinctione. Quod ideo facit. Qa omnis quaestio est alicuius Medii, de quo praecipue instituit agere Artes hoc libro. Argum cap.

Ea. Ondit statim 4. esse quaestionum genera hoc argto. tot sunt quaestionum genera, quot sunt res, quae sub scientiam cadunt: haec sunt 4. genere. Ergo et illa erunt quatuor. Adhaec nomen scientiae hoc loco sumit in ampla scatione, quatenus scit significat Veram intellectus. Quae quaeruntur

Veram intellectus cognitionem, siue illa sit simplex, siue complexa, siue per causam, siue non per causam.

Cum ri Vtrum sit. An ita sit. Exponit quod quaestionum 4. Scilicet an sit aliquid tale, cur aliquid sit tale; an sit: quid sit.

Ex his quaestionibus duae priores complexae sunt; duae item posteriores incomplexae. Singula quaestionum genera illustrantur exemplis. Discrimen autem inter eas hoc est. Quaestiones complexae in aliquo numero spectantur, seu significant inhaerentiam huius rei in illa. Simplices autem non.

Discrimen quaestionum.

CAPVT. II.

Argum cap. Postquam ostendit 4. quaestionum genera: nunc docet omnes easdem quaestiones esse medij, seu quaerere medium, seu causam; quanquam diuersa ratione.

Cum aut quaerimus. Probat statim omnem quaestionem esse medij: Rationes adfert tres. quarum prima est hoc loco istiusmodi. Et An sit et An ita sit. et Quid sit. et Cur ita sit. sunt medij: Ergo omnes quaestiones sunt medij: Patet consequens ex inductione omnium quaestionum. Antecedens probatur. Cum ri quaerimus Quid sit vel Cur sit tunc quaerimus Quod vel quale sit medium. E. G. Quid sit Eclipsis, et propter quid luna deficit, tum quaeritur quae vel qualis sit causa Eclipseos, item quae sit causa, cur luna deficit. Eodem modo dum quaeritur. An sit Eclipsis. Et an luna deficiat. tum quaeritur an sit aliquod medium, seu causa propter quam sit Eclipsis, seu propter quam luna deficiat, Ita omnes quaestiones sunt medij cum per An sit, Et an ita sit, quaeritur an sit medium seu causa.

Antecedens probatur.

Nota in textu Tò An sit vocari simpliciter, seu in toto. An ita sit autem, in parte: propterea quia Tò An ita sit, quaerit de vna tantum affectione alicuius subiecti. Tò An sit. quaerit de toto subiecto.

Causa.

sit, Causam etiam esse necesse fiat, ita ut ex Effectu
recte possit colligi causa.

De Causa. Proponitur Quaestio, et Exemplis illustratur.

Quod si ita sit. Nam si Probatur primo. posito Effectu poni Causam. Etenim
si Effectus esset absque illa Causa. Ergo habebit aliam causam.
(cum non Contingat quidquam fieri sine Causa.) Quod certe
falsum est, cum unius Effectus una tantum sit causa, ut inferius ostendetur

At si non possit. At vero. Deinde negantem partem astruit, hoc modo,
si posito effectu necessum est poni Causam, erit Circularis
demonstratio. Ut a Causa ad Effectum, ita ab Effectu ad
Causam; falsum hoc: Ergo et illud Maior clara.

Assumptio

Assumptio vero patet ex ~~patet~~ 3. Post. Anal. Ubi demonstrationes Circulares exclusæ sunt. Quod si. + An contingit Unigrei

Soluit argtm proxime adductum, dicens hunc circulum non esse in causis, cum Una demonstratio sit a Causa: altera aut ab Effectu.

Quare si causa

Jam vero Ideo argto pbat negantem partem: Sic. Idem effectus a pluribus causis primis pt prouenire: (E. G. Mors prouenit a Febri, Jugulatio, percussione gladij et cæteris). Ergo non erit bona demonstratio ab Effectu ad Causam: seu posito Effectu, non ponetur causa. Cum mala hæc sit Consecutio. Mortuus est. Ergo iugulatus. cum præter Jugulationem poterat esse alia causa Mortis.

An si problema semp est.

An si genus Soluit argtm Idm, ex Natura demonstrois veræ. Sic. Vera demonstratione omnes attributiones debent esse Universales. hoc est de omni per se et quatenus ipsum. ob idque termini demonstrorum verarum conuertuntur ad inuicem. Argtm itaque Idm. qm tales Causas adfert, quæ in attributione non sunt Universales nihil valet: Siquidem tales Causæ non conficiunt demonstrationes. Debebat autem probari ab Effectu Universali non valere Consecutionem ad causam etiam Universalem, quod certe pbari non potest.

Quocirca in his.

Sequitur. Adhuc Confirmat argtm Idm. pro negante parte allatum. S. E. Num impossibile videtur eiusdem effectus plures esse causas, non autem Unam, in diuersis subiectis. E. G. Longæuum inest ceruo et cornici, propter duas Causas, roe duorum istorum Subiectorum. Ceruo quidem propterea, qa bilem non habet. Cornici vero propterea, quia valde est sicca. ~~An si problema.~~

Cap. XIII.

An si per se. Soluit Confirmoem Cum aliqua passio demonstratur, per se non autem per signa aliqua, vel etiam Accidentia, quæ Unius Effectus possunt esse plura.

tunc profecto.

tunc profecto impossibile est Unius effectus, plures esse Causas.
Medium ri Veræ demonstrationis, est definitio Maioris Ex-
tremi seu passionis: obidque erit ipsi æquale; ita tamen Ut si
Unum eorum sit Univocum, alterum etiam sit Univocum;
si item Unum Analogum, et alterum Analogum. Sic aut sero.
~~Quocirca in his~~. Idque quoniam. Ex eo quod proxime dixit infert doctri-
nam istiusm. Cum tale Medium sumendum sit, quod definit
maioris Extremi, per quam Maius Extremum demonstratur
de subiecto primo. tum omnes termini demonstrationis re-
cipiebantur; sin autem sumantur inferiorum seu par-
tes subiecti primi, de quo fit demonstratio Universalis,
tum non omnes termini convertentur. nisi coniunctim sum-
pta fuerint. Scies itaque quod quandocunque accipitur pro
Medio definitio passionis, et primum atque proprium sub-
iectum, tum omnes termini, adeoque causa cum effectu conver-
tetur, sin secus non.

Fieri igitur potest. Docet Unius Effectus esse plures
Causas, et per consequens Unum Effectum posse demonstrari per plu-
res Causas, non tandem eiusdem subiecti sed diversorum specie.
Addit autem etiam aliter eiusdem Effectus plures esse Causas,
quod scilicet Causæ sunt subordinatæ. ita Ut Una contineatur
ab altera: quomodo latitudo foliorum, et contractio succi vel
humoris sunt Causæ, defluxus foliorum, ita Ut propterea con-
tineatur a priori. Utrum autem. Cap. XVIII

Movet quæstionem de Causis subordinatis. Utra scilicet
earum potior sit obidque Utra ad demonstrationem accipien-
da sit? Respondet eam esse potiorem quæ pro priori, magisque
propria est minori extremo.

De syllogismo igitur. Ac de ratiocinatione. Conclusio est generalis, et prioris,
et posterioris Analiseos

CAPUT XVIII.

CAPVT. XVIII. Cap. XIX.

Pars lib. 6. in qua continetur doctrina de principijs. Universum frgtm cap. capitis negotium absoluitur duarum quaestionum de principijs resolutione. Prior quaestio haec est. Quomodo principia cognoscuntur: seu quomodo ad cognitionem principiorum parentur.

Alterum qualis sit cognitio, seu quis habitus principiorum.

Superest ut doceamus. Proponuntur quaestiones ipsi primo quidem obscurius deinde vero clarius. Quomodo autem si igitur eos habemus.

An nobis ingenitum. Accipit examinandum quaestione primam. quae ita concipi potest. Quomodo acquiratur principiorum cognitio. num scilicet eorum cognitio, nobis quidem natura, sed aliquando tempore (dum nimirum infantes sumus propter nimiam cerebri humiditatem) in nobis lateat. Nunc vero non nisi natura et ab ipso ortu, sed potius progressu temporis acquiratur. ita ut nascamus omnium rerum ignari imo ipsorum principiorum. Utramque quaestionis partem falsam esse ostendit. Atque primam quidem sic euertit. Si cognitio principiorum esset in nobis natura, ita ut aliquando tempore in nobis lateat. Ergo infantes habent cognitionem certiorem demonstratione. seu scientia demonstratiua. nihilominus cum habebit eos, quod tam certe, tamque exquisite, sciant. Falsum hoc. Ergo et illud. Datur consequentia ex ijs quae dicta sunt lib. 1. cap. 2. Magis scilicet principia cognosci, quam conclusionem. Assumptio probatur. Si ri sic esset. Ergo animus noster cognoscet easdem res certissime, et ignorabit eodem tempore. quod certe verum non est. quandoquidem habitus impressos esse in animo nihil aliud est. quam animum esse actu cognoscentem. Ob id tales habitus non possunt dici, et a natura esse, et latere.

At vero impugnat.

Quare necesse. At vero Impugnat deinceps alteram partem sic. Si Cognitio principiorum progressu temporis acquiratur. tum principia discerentur. ex antecedente cognitione. hoc falsum. Ergo et illud. Patet Consequentia ex cap. 1. lib. 1mi. Ubi ostensum est omnem doctrinam fieri ex Antecedente cognitione. Assumptio probatur. Principia ri sunt prima et immediata, ob idque non possunt per Antecedentem Cognitionem cognosci. Ex sensu igitur fit

Modus comparandi cognitionem. Quapropter. Tradit deinde modum verum per quem comparamus cognitionem principiorum. S.E. Neque Natura neque ex Antecedente cognitione fit cognitio principiorum, sed Inductione, dum scilicet ex multis particularibus quae cognoscuntur per sensum, intellectus colligit Universale, seu principium. Etenim ex sensu fit memoria, de hac rursum aliquoties repetita fit experientia, tandem ex hac Universale seu principium scientiae et artis.

Et scientiae quidem, si fuerit in rebus [illegible], quas Entia vocant, artis vero si fuerit in rebus factibilibus, seu generabilibus. Sed quo modis. Repetit clarius modum per

Quod autem antea dictum. quem Universale seu principium fiat ex singularibus seu ex sensu. nota sensum absolute sumptum esse Universalium, actum vero sentiendi particularium. Nota vero sensum efficere Universale seu principium, non in genere causae efficientis (sic ri solus intellectus efficit Universalia) sed quatenus est origo productionis Universalium. Cum autem habituum.

Accipit deinde alteram quaestionem examinandam, quam ita concipe. Utrum et Conclusionum et principiorum cognitio seu habitus sit scientia. At vero neque Conclusionum, neque principiorum habitus est scientia. Et hanc Conclusionem quod habitus sit scientia Principiorum autem alius quidam, nimirum intellectus. Probat itaque principiorum habitum esse intellectum. argumentis duobus. Primum est hoc. Cognitio Principiorum, non est opinio, non ratiocinatio, seu syllogismus Topicus, non scientia

qm. argtm.

non scientia: Ergo Intellectus. Patet Consequentia a sufficien:
ti divisione. Antecedens vero probatur. Et primo quidem de Opini:
one et ratiocinatione: quia utrumque istorum et veri et falsi
capax est; quod certe in habitum seu in Cognitionem
principiorum cadere non potest. Cum illa sint aeternae veri:
tatis. Probatur deinde de scientia. Quia principia non habent
Causam; Scientia autem non fit nisi per Causam.

Antecedens probatur

Praeterea quia certior est Cognitio principiorum, quam
Conclusionum, quae cognoscuntur per Scientiam. quia certe
nihil certius est, quam intellectus. Si Justes Sapientiam esse
adhuc certiorem: respondeo. Sapientiam nihil aliud esse, quam
scientiam intellectui coniunctam. Praeterea si dicas An:
tecedens huius argumentationis non habere plenam et suffici:
entem Habituum divisionem. quandoquidem Prudentia et Ars
omissa sint. Respondeo. Ideo haec ab Arte omissa esse. quia
tales habitus non possunt esse principiorum, cum Prudentia
versetur circa Actionem. Ars item circa Effectionem. quorum
utrumque in singularibus tantum est constitutum.

~~Quoniam autem Habitum~~

Sed etiam quia. Argumentum idem. a simili petitum.

Idem argumentum:

Principium demonstrationis non est demonstratio. Ergo etiam prin:
cipium scientiae (hoc est Cognitio seu habitus principiorum)
non est scientia: Et quia sic necessum est, ut principium seu
habitus scientiae seu Principiorum sit ipse intellectus.

Antecedentis veritas patet: Etenim necesse est ut
demonstratio vera constet ex principiis primis, et immediatis,
ob id demonstrationis unius. (dum modo ex primis et immedia:
tis constet) non est alia demonstratio. hoc est principia demon:
strativi syllogismi veri non possunt demonstrari, per alia prin:
cipia, cum nulla sint. Inde etiam sequitur ut ipsa scien:
tia, quae fit per principia prima, non fiat per aliam scientiam

Sed per alium.

Sed per alium nobiliorem Habitum, quem nullum alium esse dictum est. nisi intellectum. Intellectus itaque erit Habitus et Cognitio principiorum, ita ut ipse intellectus sit principiorum demonstrationis principium. Quemadm. scientia est principium eorum, quae ex principijs oriuntur. hoc est Conclusionum.

SEXTENTIA STOICA
περὶ ἀποδείξεως seu
De Demonstratione.

Demonstratio 2plex. Generalis. nomina. Definitio illius. Specialem Vero.

Stoici Demonstratione 2plici utebantur. generali scilicet et speciali. Generalem illam statuebant, quae ex qualibuscunque sumptionibus constabat. hoc est sive ex necessario veris, sive ex probabilibus, sive ex Captiosis. Cicero talem ἀποδεῖξιν in Lucullo vocat Argumenti Conclusionem, quae nihil aliud est. nisi ratio, quae per ea, quae magis percipiuntur, id quod minus percipitur, in omnibus colligit. Ut Diogenes Laertius Autor est.

Quam Definitionem si diligentius examinaveris, cognosces eam, non dissimilem esse a Definitione Syllogismi Aristotelica. Sic quoque ἀποδεῖξις generaliter sumpta apud Stoicos idem est, quod Syllogismus apud Peripateticos, Generalis haec ἀποδείξεως acceptio usurpata etiam fuit ab Arte ut patet ex primo et octava Capitib. lib. 1. Priorum Analiticorum. Specialem Vero ἀποδεῖξιν nihil aliud esse apud Stoicos Sextus Empiricus, lib. 2. Hyp. cap. 12. dicit, quam orationem quae per confessas et indubitatas sumptiones, per Collectionem, Conclusionem declarat incertam. Nota in hac defini

Nota in hac definitione, duas ἀποδεικτικῶς Condiciones. Una est haec: Sumptiones ἀποδεικτικῶς debent esse confessae et indubitatae. Altera. Conclusio ἀποδεικτικῶς debet esse incerta. Extat et tertia Condicio ἀποδεικτικῶς apud eundem lib. adversus Logicos cap. de Demonstrat: nimirum quod ratio Demonstrativa, omnino debet esse vera. obiidque colligens. omnino autem vera erit illa quae a vero incipiens, in verum desinit seu (ut verbis Stoicis utar) quando neque complexum solum fuerit verum, neque quod connexum. seu quando ambo vera. E. G. Si sudores fluunt per superficiem corporis. ~~Ergo~~ porri intelliguntur. Atque sudores fluunt per superficiem corporis. Ergo porri intelliguntur.

Easdem Demonstrationes vocabant Stoici, non tantum Ephodenticae nos ducentes per sumptiones ad conclusionem, sed etiam declarativè. Ephodenticè ergo tantum ducunt nos per sumptiones ad conclusionem rationes illae, quae ex fide et memoria pendere videntur. E. G. Si ~~demonstratio~~ Deus mihi dicat, me divitem futurum. Dicescam: Atqui ~~demonstratio~~ Deus dixit me divitem futurum Ergo. Huic conclusionis assensus probatur, non tam propter necessitatem sumptionum, quam propter fidem vel memoriam, quod scilicet credamus divinae promissioni. Exemplum vero rationis non Ephodenticè tantum, sed etiam declarativae ad conclusionem nos ducentis, illud est. quod paulo ante superius positum est.

Observa. 1ma condicione 2da. 3tia.

Cibi scilicet fluxus.

Ubi sequitur fluxus porrorum est declarativum quid eius, quod dicitur porros esse: propterea quod praeoccupatum sit in animo illa opinionis per solidum scilicet Corpus non posse ferri humidum. Ex his omnibus collige Demonstrationem apud Stoicos esse rationem Synacticam. Veram, et habentem incertam, vel ignotam Conclusionem; quae tamen declaratur a potentia sumptionum. Atque haec sunt Conditiones, quasi leges Demonstrationis Specialis secundum Stoicos. talem autem demonstrationem Specialem, eiusdemque Naturam, tradidit Aristoteles lib. duobus Posteriorum Analiticorum.

Sequitur Topicorum Artis Liber primus.

IN TOPICAM ARISTOTELIS SCHOLIA.

Argumentum Librorum generale.

Quemadmodum posteriores Analitici libri pertinebant, ad Logicam particularem, ita et Topici pertinebunt: Ut enim illi non simpliciter de Syllogismo tractabant, sed de eo tantum Syllogismo cuius materia esset necessaria: ita hi tradent doctrinam de Syllogismo cuius est materia probabilis. Syllogismum hunc vulgo vocamus Dialecticum, cuius principia quae a Dialecticis dicuntur Maximae, seu Loci communes vel etiam propositiones universales, accommodandae ad probabilem disputationem 8. Topicorum libris traduntur. Et quoniam in hisce libris Loci tradentur, iure inscribuntur nomine τοπικῶν, deducta appellatione ἀπὸ τῶν ~~[illegible]~~ τόπον. Unde ars Topica nihil aliud esse videtur, quam doctrina Topica quod Locorum, seu universalium propositionum per se notarum quae debent accommodari Conclusionibus seu quaestionibus Syllogismorum dialecticorum.

Argumentum et Divisio Libri.

Explicat Artes primo libro essentiam Syllogismi Dialectici. Id autem praestat definiendo Syllogismum Dialecticum, praeterea exponens principia ut Complexa (qualia sunt Problema, et Propositio) tum incomplexa (qualia sunt quae attributa. Generis scilicet, Proprij etc.) eiusdem Syllogismi.

Habet aut partes principes hic liber tres: in prima habetur Proemium, in quo assignatur Subiectum Dialecticae, Praeterea Utilitas atque ratio cognoscendi perfectum Dialecticum: continetur haec pars capitibus duobus. In 2da parte exponitur materia disputationum seu Syllogismorum Dialecticorum, hoc est. attributa simplicia 4 item Problemata et propositiones: doctrina haec absoluitur capitibus octo. In tertia agitur de 4. generalibus instrumentis inventionis Syllogismorum Dialecticorum quae omnibus Problematis communia sunt.

CAPUT I.

Argum cap. 1mi. Tria sunt quae hoc capite aguntur. Etenim primo Aristoteles institutum huius operis exponit. deinde definitionem Syllogismi atque divisionem affert. adiectis definitionibus partium Syllogismi. Item. Veri, et Probabilis: Tertio Edisserit Modum doctrinae quam servaturus est in hisce libris.

Propositum 1ma pars cap. In hac quidem 1ma cap. pars. satis ex se clara.

2da pars cap. Primum igitur 2da pars, in qua primo proponuntur dicenda, deinde definitur Syllogismus, postea partes Syllogismi nimirum Syllogismus demonstrativus. Dialecticus et Contentiosus.

Probabile q.d. Probabilia autem Affert defoem Probabilium per quae definiverat. Syllogismum Dialecticum. Syllogismus

Contentiosus Syllogismus 2plex. Contentiosus. descendit ad tertiam speciem Syllogismi qui Contentiosus dr. Cuius duo genera tradit: alius enim est Syllogismus Contentiosus Verus Syllogismus constans ex propositionibus quae videntur esse probabiles; alius vero non est Verus Syllogismus sed videtur tantum esse Syllogismus: non est autem Verus Syllogismus propter transgressionem.

sionem regularem in formoe syllogismorum seruandarum
siue ille constet propositionibus veris probabilibus siue non.
Non enim assignat discrimen inter propoes probabiles
et quae videntur tantum probabiles. Probabiles dicuntur
illae, quae non facile possunt refutari, cum difficile sit
in iis cernere falsitatem. E. G. Deum omnia facere
posse; propoes autem quae videntur probabiles illae sunt in quibus
perspicua est falsitas ita ut facile agnosci et refutari
possint; E. G. Videns habet oculos et ea quae dicuntur
exeunt ex ore. Si enim quis assumat oculum esse vide-
tem vel piscem dici, inferet oculum habere oculos
et piscem exire ex ore: quod tamen non faciet quando
quidem falsis manifeste maioribus propositionibus utitur.
Ex hoc dogmate disces contentiosum syllogismum par-
tim idem esse cum sophistico, partim non. Idem est
re; non idem fine: Etenim si contentiosus syllogismus
victoriae causa extruatur dicitur contentiosus; sin autem
gloriae et quaestus sophisticus est.
Prior igitur confert inter se duo adducta genera syllo-
gismi contentiosi, docetque priorem esse syllogismum.
posteriorem autem non esse, sed videri tantum. Insuper sunt
Sunt etiam adiicit nouam speciem syllogismi qui falso descri-
minirum dicitur falso describens seu decipiens. Talis syllogismus
syllogismus nihil aliud est quam qui in materia peccat.
et ex falsis propositionibus alicuius scientiae propriis
male deductis concludit. Exempla. Omnes lineae a centro
ad circumferentiam circuli ductae sunt aequales. Atque lineae rectae et
obliquae sunt istiusmodi: ergo lineae rectae et obliquae sunt
aequales.

discrimen inter probabiles propositiones et ea quae videntur tantum esse probabiles

Exempla.

Contentiosus syllogismus quid.

Sophisticus quid.

falso describens syllogismus quid.

Videtur ei hic modus

Videtur ri.

discrimen syllogismorum. Hic ri modus. Separat syllogismum falso describentem ab aliis syllogismi speciebus. A Demonstrativo quidem syllogismo differt quia non ex veris neque ex primis ratiocinatur. A Dialectico item: quia non ex probabilibus. A Contentioso insuper quia neque probabilia principia sumit neque apparenter probabilia, sed potius propositiones male deductas. ~~Hic ri modus a praedictis ratiocinationibus videtur differre.~~

Species igitur. In universum. Pars cap. 3. ex se clara.

CAPUT II

Argum cap. Exponuntur hoc capite primo utilitates 4. Artis topicae seu dialecticae. Praeterea conditur, quisnam perfectus dialecticus appellandus sit.

Utilitas artis Topicae primae. Igitur autem. Adfert coniunctim tres utilitates. Quod igitur. Confirmat utilitatem primam. Affirmationis hic sensus est, Ars Topica confert ad exercitationem hoc est ad disputationes; quia potest ministrare ingentem argumentorum copiam, quae ex locis topicis sumenda sunt ad probandum aliquod problema.

Utilitas 2da. Ad congressus autem. Confirmat deinde utilitatem secundam. Confirmationem hanc Alexander Aphrodisiensis ita deducit: Ars Topica utilis est ad congressus, seu mutua colloquia, quae contra multos fiunt, et quia opus est cognoscere iis qui in publico versantur. Etenim tales homines cum inter se disserunt non possunt uti demonstrationibus dum loquuntur de rebus communibus seu probabilibus. Siquidem principia demonstrationum non intelligunt. Utendum itaque erit necessario, adversus eos argumentis probabilibus, quae facile eos a sententia deducent.

Alia aut

talia autem probabilia ministrabit ars Topica. Unde
sic conducet ad Congressus. R. G. Si aliquis ex plebe putet
Voluptatem esse Bonum, Tu si vis ab ea sententia eum deducere
ne Utaris hac demonstratione. Voluptatem scilicet esse generationem
in natura sensibili. Talemque naturam non posse esse
Bonum, quia generatio imperfecta est. Imperfectum autem nullum
est bonum, per consequens Voluptatem non esse Bonum;
ne Utaris inquam tali demonstratione, non enim principia
eius intelligit. Sed potius probabile argumentum, adversus illum
converte, hoc pacto quaerens. Cum ei videatur Bonum
facere bonos, ut Calidum facit calidos album albos: quod
si ille affirmet, facile statim colliges. Voluptatem non esse
bonum. Cum Voluptas non faciat bonos.

Ad philosophicas Confirmat Utilitatem tertiam. Utilitas 3a.
Sed: Confert haec ars ad scientias quatenus ministrat ar-
gumenta seu rationes disputandi in utramque partem, qui
potissimus est modus cognoscendae veritatis. Praeterea ad 1ma
atque etiam Affert Utilitatem 4tam. Confert haec Utilitas 4a
ars ad 1ma principia scientiarum: propterea, quia nulla scien-
tia potest probare sua principia demonstrative, hoc
est per alia principia, cum nihil sit illis prius.
Poterunt tamen probari Dialecticè, hoc est, per alia
principia probabilia, quae non nisi ex arte Topica
sumentur.

Cap. III. Habebimus autem 2. pars. cap.

Tenebimus autem methodum Pars cap. 2da. Cuius sensum ita accipe Dialecticus perfectus. qui.
Perfectus ille Dialecticus futurus est, qui omnia adhibuerit
necessaria, ad probabiliter disserendum, quamvis forsan
interdum, non reddat suam sententiam probabilem, qui est
finis

exemplificat hanc sententiam.

sinis dialectici disputatoris. In summa quemadmodum Medicus ille etiam perfectus dicendus est, qui officio Medici recte fungitur, nimirum, qui gnaviter et scienter accomodat remedia corporibus aegris quamvis interdum impedimentis aliquibus obstantibus sanitatem non efficiat. Similiter et Orator ille perfectus est, qui utitur dictione accomodata ad persuadendum, etiamsi interdum non persuadeat: ita quoque et dialecticum perfectum illum vocabis, qui nihil omiserit eorum quae ad probabilitatem inducendam faciant: neque enim semper probabilem suam sententiam facere potest, praesertim cum auditorem, vel eum, qui cum disputat, protervum nactus est.

CAPUT III.

Cap. IV.

Arist. cap. et lib. 2. pars. quae deinceps subdividitur

2da libri pars. in qua materiam syllogismorum dialecticorum explicat. Haec pt rursus secari in duo membra: in quorum primo docebit Aristoteles de Materia incomplexa, hoc est de 4 attributis, ex quibus ut propositiones ita problemata, adeoque ipsi dialectici syllogismi constituuntur. (id praestat capitibus 5.) in altera docetur de materia complexa, hoc est de propositionibus et problemata quod praestabit capitibus 3bus. quod adtinet ad caput praesens in eo duo praecipua sunt: primum numerus attributorum quae constituunt propositiones et Problemata: alterum, discrimen inter propositiones et problemata seu quaestiones.

Primum. Proponit dicenda, cum in hac 2da libri parte tum in tertia.

Quat autem Investigat attributorum quae per resolutionem disputationis seu syllogismi dialectici. S.E. sit syllogismus dialecticus resolvitur in propositiones ex quibus fit: et Problemata, de quibus disseritur: iam quoniam propositiones et Problemata numero paria, seu idem sint, (quod inferius probabitur

Resolutio syllogismi dialectici.

eandem habebunt resolutionem: resoluentur nimirum in 4. attributa hoc est genus, Definitionem, Proprium, Accidens.

~~Etenim~~ ~~am~~ diffa Occurit tacitae obiectioni. Poterat quippe obyci statuendum omnino esse 5.tum attributum, nimirum differentiae, quando quidem Diffa sit separata a prioribus attributis. 4. Docet itaque Artes, diffam non constituere separatum attributum, propterea quia est affinis Generi. ob idque ei est adiungenda, hoc est Generis appellatione est comprehendenda. Rationem affinitatis Diffae et Generis hanc adfert Alexander. talem: nimirum quod quemadmodum Genus est in substantia eius de quo praedicatur ita et diffa adeo ut utrumque compleat substantiam eius cuius est proprium, adhuc quemadmodum genus praedicatur de pluribus specie differentibus. ita etiam differentia. dummodo diffa sumatur universalis non autem specialissima, quae nequaquam dicitur de pluribus specie differentibus. Quia vero proprium aliud est.

Occupatio

diffa generis coniungitur

1mo generis et differentiae convenientia. 2da convenientia.

Quoniam quae proprii ~~inter~~ 4. attributa positum est unum, Proprium dictum, quod aequivocum est, ita ut et priori attributo Definitioni nimirum convenire possit. Ne itaque aliquis ista duo attributa confundat adfert Philosophus triplicem ~~notionem~~ Proprii ex quibus una servet Definitioni. altera Proprio. Proprium enim quatenus scit essentiam rei, constituit attributum primum Definitionem nimirum. Ut quae scit essentiam rei definitae; quatenus autem idem Proprium non scit essentiam rei. sed potius comitatur essentiam necessario. tum constituit attributum tertium. Communi nomine dictum Proprium illud scilicet quod soli et Toti inest. Nemo autem nos

Proprium accipitur triplici

1mus modus acceptionis declaratur

2us modus

Neque vero admonet attributa 4. separatim sumpta hoc est extra ea, quibus attribuuntur non posse dici propositiones, neque quaestiones. Ratio: quia in ea sic sumpta non potest cadere

cadere Illa affirmo neq Negatio. Differunt autem

Jam vero ppo. discrimen et lori: uenientia ppois et quaestionis assignatur.

Quidit discrimen, et simul conuenientiam ppois et quaestionis. E. E. Et propositio et quaestio, idem sunt res; Ut ri propositio fieri quaestio. ita quaestio propositio, eadem penitus Materia seruata; Eadem tn distinguuntur Roe. seu forma quatenus scilicet quaestio interrogat Utramq Contradictionis parte Propositio autem alterutram. Exempla in textu habes.

Cap V.

CAPVT IV.

Quae attributa vestigabat capite supiori eorum ntam. exponit praesenti. Et primo quidem definois. deinde Proprij: tandem generis: ad extremum Accidentis.

Dicendum Exponit Materiam cap. praesentis.

Definitio definitionis.

Est vero Definio. Explicat Xtam definois, dum ipsam definit, eodem modo, quo eandem definiuerat. capite 16. 2di 46. Posterior.

Adhibetur autem Qm Definio. Est definiti definio. Ideo Artes, postquam adduxit Xtam Defois, adfert genera Definitorum duo: Unum est simplex, (quod in textu vr Nomen). E. G. Homo est animal terestre bipes. Alter Coniunctum hoc est pluribus nominibus constans (tale autem vocat Artes Oroem) quod fit tum quando definitum uno nomine explicari nequit. E. G. Animal terestre, est substantia animata sensus particeps, apta nata in terris degere.

Gna definitorum duo.

Eos vero qui Constat vero eos Ad attributum definois, docet ptinere illas definitiones quae unico noe efferuntur, (quanquam tales impropriae possunt dici defoes cum ois ppria definio sit Oratio) E. G. Fari est loqui: et Honestum est Decorum.

Impropriae definitiones quae

Itemq hoc

Itemque hoc. Adhuc ad Attributum definitionis refert Attributa illarum quaestionum, in quibus quaeritur, Utrum aliquid cum aliquo idem sit vel diversum. Doctrinae eius rationem 2plem adfert.

1ma est haec: quia etiam in quaestionibus de definitionibus quaeritur. Utrum idem sit definitio assignata quod ipsum definitum. cum oporteat Definitionem, eiusdem omnino esse Scationis, cuius est ipsum definitum. Ratio 2da. Quia tales quaestiones cadunt sub nessodum definitivam: siquidem Methodo, per quam possumus ostendere, idem esse aliquid cum alio. vel diversum. in Definitionibus utimur.

attributa quaestionis 2plici ratione expediuntur. 1ma. 2da.

Proprium autem Exponit deinde Naturam Proprij, quod praecipit definiendo Proprium, vere sumptum; et adferendo duas notiones seu species. Proprij impropriè sumpti. Omnia isthaec nota sunt ex Isagoges Porphirianae capite 4to. Nota duo praecedentia Attributa reciprocari cum suis subiectis, dummodo proprium, impropria acceptione sumatur.

Proprium quid.

Genus autem Descendit ad Attributum Generis quod iam non reciprocatur cum subiecto. quemadmodum et attributum Accidentis. propter maiorem amplitudinem. hoc loco ponitur definitio Generis nota ex cap. 1mo Isagoges Porphirianae.

Genus quid.

Generale est hoc Ad Genus. Docet ad attributum generis, referri quaestiones in quibus quaeritur. An duo quaepiam in eodem. an vero in diverso sint genere. Ratio in textu clara.

quaestio de Generis attributis.

Accidens est Tandem exponit Naturam Accidentis adferens 2plem eius definitionem. Una definitio. facta est per Negationem priorum attributorum: altera autem sumitur ex Natura Accidentis quae longe melior est. priore, quandoquidem clarius et facilius Accidentis Naturam explicat.

Accidens quid. 2plex definitio.

Accidenti. Attributo accidentis adiungit quaestiones comparativas: quandoquidem inter sola Accidentia fiat comparatio, quae sola magis et minus accipiunt. Ex his autem patet.

Ex quo Proprium. Admonet Accidens interdum posse dici Proprium quamvis non simpliciter et absolute sed tantum ad quoddam tempus et ad aliquid. Ubi iam consilium est supplicium in divisione Proprij.

Cap. VI.

CAPUT V.

Argum. cap. 7. Solvitur hoc capite obiectio quaedam, per quam probatur unum tantum esse attributum definitionis scilicet quod ceteratissa attributa revocantur et quae revocantur ob id frustra assignantur ab Aristotele.

Dicitur autem hoc. Obiectio. Illud autem obiectio est quam in forma syllogismi ita concipe. Non tantum definitio, verum etiam alia quae possunt revocari ad definitionem, quales sunt quaestiones de eodem et diverso) referuntur ad attributum definitivum: atque illa quae pertinent ad genus, et proprium, et Accidens possunt referri ad definitionem. Ergo haec omnia sunt definitiva: et per consequens unum tantum est attributum videlicet definitio. Maior patet ex his quae dicta sunt cap. 4to. Minor rursus probatur ab Aristotele pro singulis tribus partibus hoc modo: Etenim si aliquis ondere vellit, aliquod attributum non soli inesse subiecto, ille non tantum evertet proprium, quod soli subiecto convenit. Verumetiam ipsam definitionem quae etiam soli definito convenit. Item si quis probet attributum aliquod non esse genus subiecti, ille non tantum genus, verumetiam definitionem evertet. Ubi quae illud genus in se complectitur. Ad extremum si aliquis probare vellit attributum non esse Accidens, ille eadem opera evertet definitionem. Sed non propterea.

Solutio obiectionis. Nec tamen ob eam causam. Solvit obiectionem concedens unum quidem esse attributum unamque metodum, necessario tamen assignandum

ee 4 attributa prædicta. Etenim una metodus communis illis 4. attributis vel difficilis seu impossibilis est inventu: (cum non oes loci sint comunes, omnium attributorum) vel ex obscura atque inutilis; quod certe utrumque non erit. Si 4 metodi sive 4. attributa specialiter ponantur. E. G. Si probes aliquid non esse alicui, evertis unumquodque problema: Etenim quod rei non inest id neque accidens est. neque Genus neque Definitio, neque Proprium. Sin autem probes aliquid non posse abesse et adesse, tum evertes accidens tm. et non Definitionem, neque Genus, neque Proprium.

Similiter si probes aliquid adesse et abesse, tum confirmabis accidens tm. non aut Genus neque defoem. neque Proprium, cum hæc omnia semper adsint. Ad extremum si ondas aliquid, non soli inesse. tum evertes pprium tm. et Defoem. non vero genus vel accidens. Cum ut Genus ita et accidens non soli insint.

Cap. VII.

CAPUT VI.

Docetur hoc capite quot modis dicatur idem. primum aut eum Aristotelis cap. Ponit dicenda. Videtur aut. Adfert tres generales modos eiusdem. Omnes in textu clari.

Aqua autem contra prædictos tres modos eiusdem. adfert hanc obiectionem: Insufficiens est modus eiusdem. Enumeratio propterea, quia prætermissus est modus, quo dr. aqua esse eadem quæ ex eodem fonte derivatur. Etenim aquæ ex eodem fonte derivatæ dubium est, num sint eædem specie vel numero: cum ri sint in locis diversis videntur differre numero: Similiter cum aliæ aquæ sint amaræ, dulces aliæ, aliæ nigricantes, pellucidæ aliæ, diversitas secundum speciem in ijs apparet. Obiectio

Respondet Phus aquas eiusmodi easdem esse specie sed numero duntaxat differre. cum ea, quæ sibi cognata et similia sint ad eandem speciem referantur. Cognationem aut et similitudinem hoc loco intellige substantialem non aut accidentariam: Solutio.

Etenim

Etenim similitudo accidentaria non pt facere res omnino
easdem. Ut inest diversitas accidentaria, facit res oio diversas
Maximo vero Confert inter se Modos eiusdem docens
Illud mxe dici idem quod est numero Idem: adde Illud quod
est specie Idem, minus Idem esse dicendum est: quod autem
est Genere Idem, Illud minime Idem esse reputabit.
Roem huius doctrinae sumit Arles ex maximo omnium
consensu. Cum etiam rustici, et pueri, Illud idem appellant quod
est numero Idem. sensu ipso docente: secus fit in iis
quae dnr esse eadem specie vel gne. namque Idem aliqd
esse specie vel gne, non facile quispiam agnoverit, nisi
roe certa id demonstretur. Solet autem et hoc
Sed et hoc pluribus Subdividit Idem numero. Docetque Idem
numero aliud esse noe. vel Definitione. hoc est essentia veluti
cum duo vocabula Idem significant. E. G. Tunica vestis,
Similiter Definitio et Definitum, E. G. Homo et animal roale.
Aliud Idem est Proprio quando scilt unum eorum est alterius
Proprium, Ut Homo et risibile. Aliud insuper Accidente.
Ubi scilt unum est alterius Accidens. E. G. Socrates et hic
albus vel crispus. Quod nunc dixi verum
Verum aut ee Adversus Ultimum modum eiusdem
Numero, posset adferri obiectio istiusmodi: Idem accidente
non recte potest dici Idem. cum rb ipsa dictet, omne Acci-
dens omnino distinctum esse a Subiecto: si distinctum ergo
non idem. Respondet Arles. Et hoc genus eiusdem recte
posse dici Idem. Pbr id a Signo. seu communi loquendi usu.
Etenim quando Mandavimus alicui Ut nos aliquem E. G. Petrum
adducat, Is aut nesciat qs ille sit Petrus. Cum dicimus. Ut ad nos
Venire iubeat eum, qui est albus vel sedens, vel inambulans. vel
crispus. &c. si sic Ergo Accidens Idem est cum suo Subiecto.
CAPUT. II

CAPUT VII. Cap. VIII.

Probatur hoc capite sufficientia attributorum de quibus hactenus dictum est, quod nimirum nec plura nec pauciora dari possint: praeterea ostenditur dicta 4 Attributa inveniri in aliqua Cassegoriarum. hoc est in Substantia. Quantitate. Qualitate et caeteris. Augustin. cap.

quod autem Membrum cap. primum. In quo statim probat praeter dicta Attributa, non dari alia, quae non possint revocari ad eadem. Id probat ratione triplici. Rationem primam proponit inductive quae in textu clara.

Alia vero Ratio 2da per syllogismum etiam clara. Cap. IX.

Deinceps igitur. Alterum capitis membrum in quo exponitur primo numerus Cassegoriarum; deinde ponit Conclusionem. istiusmodi: Accidens Genus, Proprium, et Definitio. sunt in aliqua Cassegoriarum. Ratio. Quia omnia istaec Attributa sciant aliquam Cassegoriarum. Confirmat adhuc idipsum, Nam et Accidentia habent aliquam Essentiam et Definitionem. ita ut quotiescumque Subiectum et Attributum sunt in eadem Cassegoria, semper sit attributio Essentialis: S. G. Homo est animal rationale albedo est color; cum autem Subiectum et attributum sunt in diversis Cassegoriis tum attributio fit Accidentalis. S. G. Homo est bipes

CAPUT VIII Cap. IX.

Membrum 2dum partis 2dae libri. Contentum 3bus capitibus in quibus nihil aliud agitur nisi de Materia Syllogismorum dialecticorum Complexa. hoc est de propositionibus et quaestionibus dialecticis. Hoc autem capite peculiariter ait Aristoteles de propositionibus dialecticis quod praestabit definiendo propositionem dialecticam et dividendo

primum igitur Proponit dicenda. Nemo ri mentis.

Neque ri Ostendit necessitatem doctrinae de propositionibus et quaestionibus dialecticis. S. G. Propterea instituitur hic doctrina de propositionibus et quaestionibus dialecticis. Ut sciamus dignoscere inter propositionem vere dialecticam et non dialecticam. inter quaestionem vere dialecticam et non dialecticam: cum aliae sint propositiones quae dialecticae sunt

quales sunt.

quales sunt manifeste falsae. S. G. Hoem ee rois exptem, et manifeste verae. S. G. Hoem ee rois participem: quod idem dicendum est de quaestionibus, ex quibus quaedam non sunt dialecticae, illae sunt quarum utraque pars contradictionis non potest sumi. S. G. Sit ne Regulae colendus.

Est autem

Propositio dialectica quid. Sequitur definitio propositionis dialecticae. Ex hac disce propositiones quae non sunt probabiles, quae ne sunt contra opinionem vulgi, vel etiam sapientum, non esse dialecticas.

Quotuplex. Sunt autem Adfert tres species propositionum dialecticarum, quae ita probabiles sunt. Ut non ex seipsis, sed aliunde habeant probabilitatem, Quaedam ri sunt propositiones dialecticae, quae propterea sunt probabiles, quia aliae propositiones iis similes etiam sunt probabiles: quaedam rursum ita sunt probabiles, quia earum contrariarum sunt probabiles, quaedam denique ita sunt ~~ita sunt~~ probabiles ut probabilitas earum ex aliqua arte, vel aliquo artifice derivetur.

1. 2. 3.

Nam si hoc probabile primum genus propositionum dialecticarum declarat Exemplo. quod ~~illud~~ in hunc sensum concipe. Haec propositio est dialectica seu probabilis. Sensus est contrariorum. Propterea quia propositio altera huic similis est dialectica seu probabilis, nimirum. Scientia est contrariorum. Haec autem propositio ex eo similes dicuntur, quia sensus et scientia, quae sunt extrema propositionum harum, sunt similia. Ut ri se habet scientia ad scibile, ita sensus ad sensibile: utrumque ri horum discernit et iudicat ea, quae sub iis sunt.

1m genus

Similiter etiam

Item quae contraria Transit ad 2dm genus dialecticarum seu probabilium propositionum, quas ait, ex contrarias propositionibus secundum contradictionem propositas, propterea quia contraria, debent enunciari. Vel contrariis, vel oppositis hoc est contradicentibus modis. Id propositionum genus dividit in duas species: quarum prima est, quando propositiones sunt ejusmodi in quibus unum extremum est contrarium, alterum idem. S. G. Amicis benefacit

2dm genus

Illius duae species

1ma

Amicis est bene-faciendum. Inimicis e benefaciendum.
et. Amicis est benefaciendum. Amicis est malefaciendum.
Tales propositiones ita se habent. Ut una earum sit probabilis
per se. altera autem minime. sed potius eius contradicens
E. G. Cum hæc propositio sit per se probabilis. Ami-
cis est benefaciendum, non contraria eius erit probabilis
hoc est. Inimicis est benefaciendum. Vel Amicis est
malefaciendum. sed contradictoria potius harum nimirum.
Inimicis non est benefaciendum Vel. Amicis non est
malefaciendum. Ida species est. Quando propositiones 2da.
utrumque extremum habent contrarium. E. G. Amicis est
benefaciendum. Inimicis est malefaciendum: Tales propo-
sitiones ita se habent. Ut una earum existente probabili constat autem.
altera etiam. debet iudicari probabilis.

Hoc autem perspicuum, Tertium genus propositionum dialecti- Expositio 3tium
carum explicat, illarum scilicet. quæ ad aliquam artem vel scientiam
pertinent. confirmanturque a peritis alicuius artis vel scientiæ.
iuxta illud vulgare dictum. Unicuique in sua arte perito
credendum est.

CAPUT IX. cap. XI.

Ait deinceps hoc capite de quæstione dialectica, quæ etiam Argum. cap.
pertinet ad materiam complexam syllogismorum dialecticorum.
dum ondit quid, et quotuplex illa sit, adiecta doctrina
de positione. quæ est species quæstionis.

Quæstio Definit quæstionem dialecticam. Definitio autem Quæstio quid.
hæc est materialis Uti quæ conficitur per divisionem
seu enumerationem partium quæstionis dialecticæ. Divisio rursum
hæc uplex est. quarum utraque in hunc sensum potest proponi: Quotuplex.
Quæstio Vel est per se digna cognitu. Et talis Vel contem- 1mo
platiua est. seu ad veritatem cognitionemque pertinens. E. G.
Physica. Metaphysica, Mathematica; Vel practica.

quæ scilicet.

quæ sunt ad electionem vel fugam pertinet, qualis est
Aestica, Politica, Aeconomica. Vel propter aliud, qua-
lis est quæstio Logica, ut quæ ad Philosophiam referen-
2do. da est. Divisio altera hæc est: Aut est quæstio ejus-
modi, de qua nulla est quæstio seu de qua ut sapien-
tes ita imperiti eodemmodo sentiunt. S. G. An voluptas
sit in bonis? Aut ejusmodi in qua imperiti dissentiunt
a sapientibus. S. G. An præstet esse pauperem et bonum
quam divitem et malum? Aut ejusmodi de qua ipsi
sapientes inter se certant. S. G. An sit scientia? aut
denique ejusmodi in qua ipsum vulgus inter se dissidet.
S. G. An omnia fatis regantur.
3tio. Sunt etiam Adfertur tertia divisio quæstionum
dialecticarum. quæ nam sunt quæstiones quæ æque possunt pro-
bari in utramque partem: S. G. Utrum divitiæ sint in bonis
habendæ? quædam sunt quæ difficulter probantur in
utramque partem. S. G. Utrum mundus sit æternus? et utrum
tria sint principia rerum Naturalium? Thesis autem est
Positio autem Descendit ad explicationem positionis
Nota primo Positionem hoc loco accipi pro specie
quæstionis dialecticæ non aut pro specie principii. (de
qua actum est 1mo lib. Post. Analyticorum cap. 2do).
Ita Positio ut Positio hoc loco nihil aliud sit nisi id
quod adversatur opinioni plerisque probatæ quodque ab
aliquo insigni Philosopho perfectum propter ipsius autho-
ris excellentiam, dignum quæsitu censetur. Item Posi-
tio est id quod potest stabiliri aliqua ratione quamvis fa-
cto communi opinioni adversari videtur. Ejus rei exemplum
ab Arte adductum, ita concipies: Cum unusquisque vero
existimet

existimet, quod quicquid est, illud omne aut factum est, aut aeternum est. Sed tamen sententia omnino vera, ac sophistis ostenditur falsa, ratione istiusmodi: Musicus est Grammaticus. Ubi supponimus Musicum esse Grammaticum, atque Musicus non est factus Grammaticus, neque semper fuit Grammaticus. Ergo falsum est quod dicitur Quicquid est, illud vel factum est, vel aeternum est: Siquidem Musicus est Grammaticus qui tamen neque factus est Grammaticus neque semper fuit Grammaticus. Huius argumentationis Propositio est clara, imo et altera pars Minoris posterior videlicet: prior tantum probanda est. Probatur itaque sic. Si Musicus factus est Grammaticus, ergo Musicus aut erat subiectum Grammaticae, aut terminus a quo. Neutrum: ergo omnino Musicus non est factus Grammaticus. Maioris veritas patet ex primo Physicorum Artis. Ubi docetur duobus modis aliquid fieri ex aliquo. Aliquid ni fit ex aliquo, vel tanquam ex Materia seu subiecto, ut vestis ex panno, vel tanquam ex contrario, seu ex termino a quo fit Motus. S. G. Quando ex calido fit frigidum. Minor propositio probatur: Quia Musicus eodem modo est accidens quemadmodum ipse Grammaticus, obidque Musicus non potest esse Grammatici, sed utrumque est in homine tanquam subiecto. Deinde Musicus non est terminus a quo. Propterea quia Musicus non est contrarius Grammatico. Iam terminus a quo contrarius est termino ad quem. S. C. Cum fit ex albo nigrum vel ex calido frigidum. Sic ergo patet Musicum non esse subiectum Grammaticae, neque terminum a quo: proinde Musicus non est factus Grammaticus, quod erat probandum. Et per consequens falsum est illud, Quicquid est illud aut factum est aut aeternum est.

Probatur

Maior.

Minor.

Rō hæc ē Sophistica cui innititur Positio ad
uersa Comuni sententiæ. Ergo et Thesis est

Est qdē Positio Ondit discrimen inter Positionē
et quæstionē. S.E. Omnis positio est quæstio, non con
tra. Roēs in textu claræ

Sed fere nunc. Nunc autē. Admonet interdum pro eodem accipi Po
sitionem et quæstionē. Sumpto Positionis noē, in lata scatio

Nec vero. Admonet deinde ne singulas res indubita
Observa. 1mo. tionem seu quæstionem moueamus. S.E. Illa tm̄ indubita
tionē vocanda sunt, quæ non merentur pœnam vel sensum
meretur pœnā hæc quæstio Utrum deus sit colendus: Sen
sum hæc Utrum ignis vrat.

2do. Nec ergo de Ipso admonet. Eas quoq; quæstiones non
esse mouendas quæ facillime vel etiam difficillime de
monstrantur. Hij rei vide roēs in textu.

Cap XII. CAPUT X

Exposita Materia Syllogismorum seu argumētorum Dialecticarum
Argum cap. & diuisio. explicat deinde ipsam argumētoem dialecticam. In hac
autē explicoē 3. facit. 1mo. Enumerat species argumen
tationis: Deinde Inductionem, quæ est altera argumentatio
formā definit. Tandem Syllogismū cum Inductione
comparat.

Vis autē Proponit dicenda.

Est autem. Enumerat species argumētationis dialecticæ.
Inductio qd. Inductio Definit Inductionem in qua per singularia, non
tm̄ debes intelligere Individua roē suarum formarum seu specierum
vel generum. Sed etiam, minus Universalia roē magis Vnitum

Est autem Inductio ~~autē~~ Sequitur comparō Syllogismi cum
Inductione. Comparationis sensus hic est:

Inductio, est facilior et manifestior. ob idque multitudini do:
cendae aptior; Syllogismus aliquanto difficilior. sed tamen efficacior
in probando; ob idque apud doctos tamen magis locum habet. cap. XIII.

ac genera Conclusio partis 2dae libri Principium cap. sequentis. ~~CAPUT~~

CAPUT XI.

Pars libri 3a in qua tradit iam modos generales inveniendi Media, Syllogismorum Dialecticorum, quarum est beneficio ut propositionum, ita etiam Syllogismorum dialecticorum, copia nobis suppetere possit. Generales isti modi unius rationis particularium seu propriorum, qui sequentibus libris tradentur. Etenim in hac parte libri tradentur modi quaerendorum mediorum deservientium omnibus Attributis seu quaestionibus Dialecticis. in sequentibus autem libris tradentur modi quaerendorum Mediorum deservientium iisdem attributis separatim sumptis, ita ut alii modi deserviant Attributo Accidentis, alii attributo Proprii, alii Generis, alii Definitionis, alii denique eiusdem et diversi. Argum. cap.

Dividitur caput praesens in duas partes in prima recenset modos generales 4. simulque tres posteriores ad primum revocat. In altera vero adfert praecepta varia primi modi.

Instrumenta Pars cap. 1ma. In qua stati enumerantur modi 4. videlicet Electio Spoeni; distinctio Ambiguorum Inventio differentiarum et Inventio similitudinis. Sed et horum

Et aut Tres posteriores modos revocat ad primum propterea quia ex distinctionibus multiplicium itemque ex differentiis atque similitudinibus desumuntur atque eliguntur propositiones adeoque ipsi Syllogismi dialectici. Id exemplis illustrat cap. XIV.

Propoes igr Pars cap. 2da. In qua praecepta traduntur

octo quae nihil aliud docent nisi quae nam propoes et unde, et quomodo sint sumendae et eligendae. Ut sic possimus habere copiam propositionum seu argtor quotiescunque disputare de aliqua re volumus. 1mum praeceptum ponitur hoc loco istum.

1m praeceptum. Eligere debemus propoes probabiles quae scilicet vel omnibus probantur vel plurimis vel sapientibus ijsque vel omnibus, vel plurimis vel clarissimis. Oportet autem contrarias.

2dm praeceptum. Vel contrarias. Praeceptum 2dm. Eligendae sunt propoes contrariae probabilibus secundum contradictionem. Etenim contraria probabilibus suapte natura interdum non possunt esse probabilia. Ideo contradictoria talium contradictorium erunt potius sumenda. E. G. Huius propois probabilis, de amicis bene merendum, haec est contraria, de inimicis est bene merendum, in qua quoniam nulla probabilitas manifeste apparet. Contradicens ipsius potius sumenda erit. nimirum de inimicis non esse bene merendum. Confert hunc locum cum cap. 8. huius libri.

3tm praecep. Praetereaque quaecunque infenus vide. Et quaecunque quin. 3tm praeceptum. Sumendae sunt propoes quae pertinent ad aliquam artem, aperitisque eius artis probantur et hunc locum confer cum cap. 8vo.

4tm. Hoc etiam utile. 4 praecep. Non tm probabiles propoes sunt sumendae, verumetiam probabilibus similes. Confer hunc locum cum cap. 8vo. Exempla aut in textu vide.

5tm. Ea etiam quae. 5tm. Sumendae sunt propoes quasi simpliciter verae, quamvis plerumque tm verae sint. E. G. Debemus dicere simpliciter omnis mater diligit liberos. Non aut mater plerumque diligit liberos. Ratio huius praecepti hanc adfert. Ergo Iustitiae adversus tales propoes non facile interdum occurrunt rudenti, ob idque facile concedentur.

6tm. Eligere etiam. Delectus etiam 6tm. In quo docetur unde et quomodo

propoes dialecticae, colligendae sint colliguntur scilicet ex disputationibus vel libris scriptis. Rursum colliguntur ita ut diversae rerum genera separatim notentur: E.G. Unus locus erit de Bono, in quem propoes, et sententiae graves de Bono prolatae conjicientur: locus alius de malo, tertius de Philosophia. Rursum in colligendis talibus locis primo debet notari definitio alicuius, siquidem omnis disputatio optime a definitione exorditur: E.G. in loco communi de Amicitia primum pone quid sit amicitia. Deinde notandae sunt divisiones: tandem qualitates ad extremum sententiae auctorum optimorum sive auctoritates. Ad hoc genus pertinentes seligantur. 7m.

Sunt autem Praeceptum 7m. Debent separari tria propositionum genera. hoc est Moralium, Naturalium et Logicarum. Ad de tu Mathematicas Medicas, Metaphisicas etc. Quod igitur ad Phiam

Secundam Phiam Proponit dubitationem ex dictis emergentem. Obiectio
Observa hanc argumentandi rationem in Contrarijs transeuntibus, non autem, in ijs quae innata sunt. sic non possumus ita argumentari, Coruus non est albus. Ergo neque Niger. siquidem nigredo est innata Coruo.

Cap. VIII. 24tus. Quoniam aut Locus 24. A Consecutione Contradicentium inverso ordine Praeceptum eius est tale: proposita quaestione Accidentis. Videndum est, num possimus uti Consecutione contradictionis ordine inverso: Si ni possumus confirmabitur quaestio. Est aut Consecutio Contradictionis inverso ordine.

ordine. quando Contradictorium attributi quaestionis sumimus loco subiecti: Contradictorium item subiecti eiusdem quaestionis loco attributi: sicque optime fiunt Consecutiones. Id Artes Inductione clarum esse dicit. Optima ri est Consecutio. Homo est animal. Ergo quod non est animal non est homo. Axiomata Loci duo.

Idem de caeteris dicendum. Continetur Locus hic duobus Axiomatis. primum est hoc. quando quaestio habet veram affirmationem, eadem habet veram negationem inverso ordine: id clarum est in exemplo proxime adducto. 1m

Quando quaestio habet negationem veram. eadem habet affirmationem veram inverso ordine. E. C. Non iucundum non est honestum. Ergo honestum est iucundum: item. quod non est animal non est homo. Ergo homo est animal. 2dm. Sed converso ordine.

At non hoem. Admonet Consecutionem Contradictionis recto ordine non habere locum in his Consecutionibus Etenim una propositione existente vera erit altera falsa: E.C. Cum haec sit vera. homo est animal. erit altera falsa. quod non est homo non est animal.

In contrariis aut. Locus 25. A Consecutione Contrariorum sive recto ordine sive inverso. Praeceptum habet eiusm. proposita quaestione videndum est num in ea confirmanda vel destruenda possimus uti Consecutione Contrarij sive recto ordine sive inverso. Contraria hoc loco intellige et subiecto et attributo quaestionis propositae. E. G. Si proponatur quaestio, utrum voluptas sit vitanda tum contra eam possumus disputare quia dolor non est optandus, et hic est rectus ordo. quia unius propositionis subiectum est Contrarium subiecto alterius attributum item unius propositionis e Contrarium alterius attributi 25tus

nec quod est

nec quod est optandum est dolor. qui est ordo inversus.
totam autem hanc doctrinam Aristoteles ad haec duo Axi-
Axiomata loci omata revocat. primum est. Si unum contrarium nec
9m. directo nec inverso ordine, est consequens alterius tum
neque termini quaestionis propositae erunt tales. Id
2dm. patet in exemplo adducto. Alterum si unum contrari-
um est consequens alterius etiam attributum quaestionis
est consequens subiecti E. G. Si vis probare virtutem
esse laudandam argumentabere hic vitium est vituperan-
dum ergo virtus est laudanda.

26tus. Sicut autem in contrariis Locus XXVI.
A consecutione privantium, continetur Axiomate eiusmodi.
Si ab habitu recte fit consecutio ad habitum, etiam a pri-
vatione ad privationem recta erit consecutio E. G. Si aspectum sequitur sensus
etiam caecitatem sequitur insensibilitas.

27mus. Sic in Relatis. Ubi autem habitu sive Locus XXVII. A consecuti-
one Relatorum. Sedem quem argumenta sive consecutiones fiunt
ordine recto, quemadm. et loci 26ti. per id Axioma. Si
unum Relativum inest correlativo, etiam alterum correlativum inest
suo correlativo E. G. Si praeceptoris est docere, certe discipuli
est discere. Hic autem occurritur sive Obiectio propo-
Obiectio Opponit obiectionem quae ita concipienda est: recte dici
et sensibile est scibile, et tamen non sequitur sensum esse scien-
Responsio. tiam. Axioma ergo falsum. Respondet Aristoteles non
recte dici sensibile esse scibile, cum sensibilia sint singu-
laria, quorum non est scientia. ob id quod scibilia nequeunt dici.
Unde rectior futura est consecutio eiusmodi: Sensibile non
est scibile. Ergo neque sensus est scientia.

CAPUT IX. Item consideranda sunt. Locus XXVIII

Ex Coniugatis seu Casibus. Continetur Axiomate eiusmodi: 28.us
Si Coniugatum Attributi propositae quaestionis recte dicitur de Coniugato, Subiecti eiusdem quaestionis. confirmabitur quaestio, sin secus, minime.
Considerare autem Admonet non tantum ipsa Observa
Coniugata terminorum quaestionis esse videnda, sed etiam Contrariorum Coniugatorum. Sic ni maior erit Argumentorum copia.
Exempla vide in textu Praeterea ducenda sunt
Locus XXIX. Ab ortu et interitu. itemque ab Efficientibus et Corrumpentibus. Hunc Artes expedit Axiomatis 4. 29.
claris in textu. Nota hunc locum cum universis suis Axiomatis servire illis quaestionibus per quas quaeritur. Utrum aliquid sit bonum vel malum.

CAPUT IV. cap. X.

Explicantur Loci XI. Rursum sive Item a similibus. Locus XXX. 30.us
Ex simili. habet Axioma eiusmodi. quod valet in uno simili et in altero valet. Item quod non valet in uno simili idipsum etiam in altero non valebit. Exempla in textu clara.
Considerare etiam. Locus XXXI. Ex Comparatione unius, 31.us
et plurium. Continetur Axiomate hoc. Si aliquod Accidens attribuatur alicui, et unum dicatur de uno etiam plura dicentur de pluribus. E. G. Si beneficium praestare uni amico, uni etiam bonum est. certe pluribus amicis beneficium praestare, pluribus etiam amicis est bonum. Sin autem plura non dicentur de pluribus tunc neque unum de uno dici poterit. E. G. Scire non est Cogitare, quia scire multa simul licet. Cogitare autem multa simul non licet.
Praeterea sumenda sunt sive unius. Locus XXXII. Etiam 32.us
ex Comparatione. Quemadm. et 33. et 34. 35. Hic autem Locus sumitur ex Comparatione Maiorum et Minorum.
Continetur Axiomate eiusmodi. Quando aliquod Accidens Axioma.
dicitur de subiecto. Utrumque autem. Hoc est et subiectum et Attributum accipit.

accipit intentionem et remissionem. certe si intentio Attributi vel Accidentis. insit intensioni subiecti. confirmabitur quaestio; sin minus destruetur. Exemplum habes in textu.

33tio. Alius locus. Locus XXXIII. Continetur Axiomate eiusmodi. quando Accidens non inest ei subiecto, cui magis inesse videtur. idipsum non inerit ei subiecto, cui minus inesse videtur, E.G. si rex non potest civitatem capere, tanto minus civis; Item si in sanitate non est constitutum summum bonum tanto minus in amicitia.

34tus Item cum duo Locus XXXIV. Habet Axiomata tale. Quando duo Accidentia videntur dici de uno subiecto, tum si id quod magis videtur inesse subiecto, non inest. neque id inesse poterit. quod minus inesse videtur; sin autem illud inest. quod minus inesse videtur. etiam illud inerit, quod magis inesse videtur. E.G. Voluptas ~~magis~~ videtur esse expetenda minus summa bona: atque cum eadem non sit expetenda. profecto tantominus erit summe bona.

35tus. Praeterea cum duo Locus XXXV. Continetur Axiomate eiusmodi. Quando duo Accidentia dicuntur de duobus subiectis, tum si illud quod magis videtur inesse alteri non inest. neque reliquum. quod minus videtur inesse inerit reliquo; sin autem illud, quod minus videtur inesse alteri, inest etiam reliquum, quod fest magis videtur inesse inerit reliquo. E.G. quoniam magis videtur egestas reddere hominem miserum, quam divitiae beatum, profecto, neminem divitiae beabunt cum egestas neminem faciat miserum.

Praeterea ducendum est. Locus XXXVI. A Paribus seu a Comparatione similium, quemadm. et 37 et 38us. Continetur

36tus. Axiomate eiusmodi: quando aliquod Accidens dicitur duobus subiectis similiter inesse tum si uni subiecto non inest neque alteri inerit; sin autem uni inest. etiam alteri inerit. E.G. quoniam

grammatica

Grammaticae non sunt multae etiam Dialecticae non erunt multae
Contra, si regi est parendum, etiam parenti est parendum

Cumque duo Eidem. Locus XXXVII. Habet Axioma 37mus
tale. Quando duo Accidentia videntur inesse alicui similiter
si unum eorum confirmetur inesse. et alterum simul confirmabitur
inesse; contra si unum probetur non inesse. neque alterum inerit.
E.G. Si voluptati inest bonum, eidem inerit expetendum; sin
autem non inest bonum. profecto neque expetendum inerit.

Eodem modo. Locus XXXVIII. Habet Axioma 38us.
Eiusmodi. quando duo Accidentia videntur inesse similiter
duobus subiectis si unum eorum inest uni subiecto et alterum
inerit alteri. sin autem unum non inest neque alterum inerit. E.G.
Si iustus aut Prudens. alijs prodest. profecto iniustus aut
imprudens nocebit. Cap. XI.

Praeterea sumpto. Locus XXXIX. Ex adiectione. 39us.
Continetur Axiomatis duobus. primum ita habet Omne illud quod
alicui adiectum facit ipsum tale. quale antea non fuit, certe
est tale. E.G. Si iustitia adiecta alicui homini qui antea iustus
non fuit, facit eum bonum. cum etiam antea bonus non esset.
profecto ipsa Iustitia est bonum; item si gypsum adiectum
alicui, quod non fuit album, facit illud album, profecto gypsum
est album. Alexander Aphrodisiensis excipit ab
hoc Axiomate illa, quae fiunt lege aliqua vel placito. sic
ni uncia, adiecta II. Unciis efficit libram non tamen uncia
est libra. quia uncia et libra placito et lege fiunt. Excipi-
untur etiam ab hoc Axiomate Quantitates: sic ni angulus
acutus, adiectus angulo recto, facit eum obtusum, cum tamen
angulus acutus non sit obtusus.

Axiomata eius duo. 1m

Observationes duae

Praeterea Axioma II. quod tali rei adiectum 2dm
facit eam magis talem. illud ipsum etiam est tale. E.G. Si virtus
est amabilis honor autem ei adiectus facit eandem amabiliorem
profecto.

profecto ipse honor erit [illegible]: ab hoc Axiomate, excipit Artes ea, quae non intenduntur neque remittuntur. praeterea docet locum hunc valere tantum confirmando. refutando non item: falso ri diceretur. mel additum felli, non facit illud dulce: Ergo mel non est dulce.

40mus. Rursus si quid magis. Locus XXXX. Definito seu determinato ad simplex. Determinatum hic voco illud nomen cui adjicitur aliquod adverbium, puta magis minus alacriter sponte semper etc. Vel etiam illud quod restringitur et limitatur, sive secundum tempus, ut Petrus noctu dormit: sive secundum partem, ut Petrus est. Calidus secundum Manum: sive secundum locum. Ut Socrates est damnatus Athenis. Axioma.

Axioma. aut huius loci talis potest concipi quando aliquod Accidens inest subiecto secundum magis vel minus. idemque secundum tempus partem et locum, id ipsum Accidens inerit eidem subiecto etiam simpliciter. E.G. Cum virtus est magis optabilis caeteris bonis. perfecto virtus simpliciter est optabilis: similiter quia Socrates est damnatus Athenis. perfecto idem Socrates est simpliciter damnatus. Obiectio est quia quadantenus.

Obiectio. Docet hunc locum non ubique esse verum. cum saepius ex eo nascantur sophismata, quae vnr adicto secundum quid ad dictum simpliciter. Id ondit exemplis 6. inter tu claris. Id autem.

Explicat genera quae nam dicantur esse simpliciter atque absolute.

ARISTOTELIS TOPICORUM LIBER

Tertius.

Affert Artes

Affert Aristoteles hoc libro locos deseruientes quæstionibus Accidentis comparati, in quibus scilicet quæritur, utrum aliquod Accidens magis vel minus conueniat vni subiecto quàm alteri. E.G. Utrum sit melius honestè ne mori. an turpiter viuere? item Utrum sit melius virtutis ne an autem diuitiarum studiosum esse? Argum libri.

CAPVT. I.

Duo hic aguntur: primum proponuntur dicenda, simulque ratio instituti Aristotelici, adfertur: deinde Loci 54. explicantur ex quibus possumus petere argumenta, ad confirmandas vel euertendas quæstiones Accidentis comparati Argum cap.

Primum igitur. Locus 1mus. A diuturnitate. 1mus locus

Continetur Axiomate eiusmodi. Res diuturnior seu durabilior melior est breuiori. Sic virtus melior est diuitijs. Axioma.

Et quod potius eligat. Locus II. ab Autoritate seu qualitate eorum qui eligunt vel optant aliquid. Habet Axiomatale. 2dus.

Illud est melius. quod prudentes et boni, item quod leges, et periti, ijque aut plerique aut omnes anteponunt. Sic melius est virtutis esse studiosum quam diuitiarum; similiter melior est pax bello; et voluptas melior est labore. Axioma

Est aut simpliciter. Locus III, ab optabiliore seu meliore simpliciter. Axioma illud est melius, quod simpliciter est optabilius ea, quod secundum quid. sic Philosophia melior est architecturâ 3tius.

At vnicuique quasi additamentum est loci tertij. ea scilicet vnicuique optabiliora videri. quæ sunt suæ artis quam profitetur. quàm quæ alterius. sic faber anteponit maleum libro: miles hastam vel gladium calamo scriptorio.

Præterea optabilius est. Locus V. A Genere. 4tus

Axioma. Illud est melius. quod est in Genere. eo quod non est.

Sic Justitia.

Sic Justitia e melior quam iustum. Siquidem Justitia est in genere virtutis aut boni; iustum autem non item. cum homini iusto accidat virtus. seu bonum, In summa illa dnr esse in genere quae in eodem ordine Categoriae. tanquam inferiora superioribus sunt subiecta. a quibus essentiam accipiunt.

Quae non sunt in genere. non sunt autem in genere illa quae ab aliis capiunt denominationem, in qua nulla essentiae pars continetur. quomodo homo sumit denominationem a Justitia, cum dicitur iustus; et tamen ab eadem iustitia idem homo, nullam essentiam capit. Et quod propter se est optabile.

5tus. Locus 5tus ab Expetendo propter se. et Axioma et exemplum in textu clarum.

6tus. Et quod est propter se potius. Locus 6tus ab eligendo per se. Et quod per se est Causa boni. Locus 7mus. Causa per se.

7mus. Et quod simpliciter bonum. Locus 8us. Bono simpliciter.

8us. Et quod natura. Locus 9us. Naturali bono. Continetur

9us. Axiomate eiusmodi quod Natura tale est. illud anteponendum

Axioma. erit ei, quod adventitia quadam vi est tale. puta arte aliqua. vel hominum institutione. Sic omnis virtus quam suapte natura est bona: anteferenda erit omni studioso, qui non secundum Naturam sed potius secundum leges morem, aut decretum talis est,

Et quod rei meliori. Locus 10mus.

10mus. Meliori et praestantiori subiecto. Et quod est melioris.

11mus. Locus 11mus. A proprietate melioris rei. Sic immortalitas erit melior risibilitate: quia haec homini, illa autem Deo inest.

Et quod est in melioribus. Locus 12mus.

12mus. Melioribus, aut praestantioribus aut antigoribus subiectis. Sic sanitas praestat viribus corporis, cum sanitatis subiectum sit.

antiquius

antiquiq et praestantiq. Humor videlicet, siccitas, calor et frigus ex quibus animal primo componitur; vires aut corporis habent subiectum posteriq videlicet ossa et nervos, quae ad secundam compositionem pertinent.

Et finis ijs. Locus 13mus. A fine. et Medijs ducentibus ad finem habet axiomata tria quae intextu clara. 13mus.

Et possibile Locus 14mus. A Possibili Possibile hoc loco illud dr. quod assequi facile possumus. quemadm. impossibile illud quod difficile obtineri potest. 14mus.

Praeterea cum Locus 15mus A Comparatione finium et efficientium. Continetur axiomatis duobus. 1mum est tale. 15mus. 1m. axioma.

Cuius efficientis finis est melior melius est illo efficiente, cuius finis est deterior. Sic Philosophia Moralis melior est Medicina, quam illius finis est felicitas seu perfectio animi; huius aut sanitas: iam felicitas multis partibus superat sanitatem.

Axioma alterum: Cuius efficientis melior est finis quam est alius quispiam finis. certe eodem fine longe praestantius erit efficiens. sic efficiens beatitudinis melius est sanitate cum beatitudo ipsa. melior sit ~~ipsa~~ sanitate. 2dm.

Praeterea optabilius est. Locus 16us. Ab honestioribus per se. et Honorationibus. 16mus

Cap. 11.

Praeterea cum duo quaedam. Locus 17mus A Consequentibus. 17mus.

Axioma tale habet: Ex duobus similibus illud est melius cuius consequens est melius. aut saltem minus malum. Sic Philosophia est melior quam agricultura: illam ni consequitur perfectio animi, cum animus eâ pascatur. hanc autem perfectio corporis quatenus nimirum corpus pascit. bifariam autem ex consequentia Admonet consequentia esse videnda applicia alia quae rem antecedunt, qualis est ignoratio respectu scientiae. Observa.

alia posteriora.

alia posteriora, quæ sunt rem sequuntur. qualis est ipsa scien-
tia, respectu discentis. Utra consequentia aptiora ad pro-
bandum visa fuerint, ijs nos uti conuenit.

18ug Præterea plura bona. Locus 18ug. A numero bonorum.
Axioma in textu clarum. in quo per tò omnino. intellige quando
pauciora bona non continentur in pluribus bonis. E. G. si honor et
sanitas comparetur cum diuitijs. Obiectio è sicubi.
Obserua. 1mo Excipit a loco proximo duo. 1mum est tale. finis separa-
tim et citra ulla media suæ sumptus, æquè est optabilis, atque
si sumatur cum suis medijs. Rō: quia media non suapte na-
tura sunt bona; sed quicquid bonitatis habent. illud totum
a fine sortiuntur. Alter. itē eiusmodi. Aliquando bonum unum
2do etiam malo iunctum, anteponendum est pluribus bonis, quo pacto
virtus inuidiæ vel paupertati iuncta anteponitur bibus bonis
corporis. omnibus item fortunæ. Posterius hoc tum saltem
valere scies, cum unum bonum, excedit pondere et nobi-
litate cætera plura bona cum quibus comparatur.

19ng. Et eadem cum voluptate Locus XIX. A bono coniun-
cto cum voluptate, sic præstat hostem vincere saluo victo-
ris exercitu, quam amisso, aut magna parte cæso.

20mg. Et eadem XX. A bono coniuncto cum indolentia.

21mg. Et unumquodque. XXI. Ab oportunitate seu usu tempo-
22dg. ris, clarus in textu. Et quod omni tempore XXII.
Ab omni tempore seu perpetuo usu.

23tg. Et id quod si omnes XXIII. Ab eo quo contenti sumus
dum habetur.

24tg. Præterea ducenda sunt XXIV. Ab interitu et ab-
iectione. Item ab ortu et accessione, denique ex contrarijs.
Locus continetur Axiomatis duobus. 1mum.

Quorum bonorum.

Quorum bonorum interitus et abiectiones deteriores sunt, illa bona longe meliora erunt. E.G. Quoniam probam vitae existimationem amittere deterius est quam mori, profecto proba vitae existimatio anteponenda est vitae. Axioma. II. 1m Axioma. 2dm

Quorum bonorum ortus et accessiones, optabiliores sunt illa sunt longe meliora. Sic quoniam magis optamus fieri accessionem sanitatis quam divitiarum. Profecto melior est sanitas quam divitiae

Alius locus. XXV. Ab eo quod est propinquius et similius bono. Sic sumere farmacum est melius quam parare. cum illud, propius sit sanitati hoc ante remotius. 25tus.

Et quod est similius similius XXVI Ab eo quod est meliori similius 26tus.

Obiicitur Excipit a proxime dicto loco ea quae sunt similiora melioribus ea, ponte tamen, quam illa ipsa meliora dici non debent. Sic quoniam Achilles praestat Aiaci et Ulyssi fortitudine et iracundia. Aiax quoque similior est Achilli iracundiam. quam Ulysses. non sequetur Aiacem esse meliorem Ulysse. Similiter si secundum rem aliquam ludioram, aliquid fuerit similius meliori, illud certe non erit dicendum melius alio, quod secundum eandem rem ludioram non est meliori similius. Sic quamvis simia similior sit secundum figuram homini quam equus, ob id tamen simia non erit melior equo. Observa.

Rursus cum duo sunt XXVII. 27mus.

Ab eo quod est meliori similius, itemque ab eo. quod est deteriori similius. Axioma. Illud est melius, quod est meliori alicui similius, quam quod deteriori. Sic quoniam Cicero similior est Demosteni. Hortensius autem Aeschini. Demosthenes autem melior est Aeschine. profecto ipso etiam Cicero melior erit Aeschine.

Sed et adversus hoc

Observa 1mo. Sed et adversus hoc. Excipit a proximo loco duo. Primum
quando unum parum est simile meliori, alterum autem multum
simile deteriori. tum certe illud non est anteponendum huic
sed potius hoc illi; Exemplum in textu. Alterum.
2do. quando unum est simile rei meliori in peioribus, alterum autem
est simile rei deteriori in melioribus. tum non dicendum est illud
esse praestantius hoc. sed potius hoc illo. Sic quam simia in
peioribus est similior homini. Equus autem asino. in melioribus
certe simia non est dicenda melior equo. sed potius equus
melior simia. Aliquod locus. quod est magis insigne.
28us. Locus. XXVIII. A Maiori nobilitate sic gloria melior est quam
divitiae. Et quod est difficilius. XXIX.
29us. A difficilioribus. Sic syllogismus demonstrativus est melior
dialectico: quam illum difficilius comparamus quam hunc.
Similiter acquirere imperium bello. melius est, quam fortuito
cum illud sit difficilius quam hoc. Jam quae difficilius acqui-
runtur Cariora et meliora habenda sunt.
30mus. Et magis proprium XXX. A proprietate bonorum.
31mus. Et quod magis a malis XXXI. A malis minus permixtis
sic vita contemplativa. melior est civili: siquidem illa minus
est doloribus permixta; haec magis
Praeterea si hoc simpliciter XXXII. A positivo ad Su-
32dus. perlativum. seu ab eo quod dicitur simpliciter. ad id quod
dicitur maxime Et si optimum XXXIII.
33us. A Superlativo ad Positivum. Praeterea quae licet
34tus XXXIV. A Communicatione cum amicis.
Sic divitiae nobilitati anteponuntur: quia divitias possu-
mus comunicare amicis nobilitatem non item
Et quae erga amicum

Et quae erga amicum XXXV. Ab eo quod amico potius est dan: 35tg.
dum. Axioma hic eiusmodi. Illud est melius, quod amicis
potius tribuendum est quam cuiuis alteri. Sic Iustum esse me:
lius est, quam iustum videri: quia illud amicis datur; hoc autem
cuiuis alteri praeter amicum.

Et quae sunt ex abundantia XXXVI. Ab eo, quod est ex 36tg.
abundantia. Axioma habet tale. Meliora sunt illa, quae pertinent
ad bene esse, quam quae ad simpliciter esse. Sic melius est bene atque
feliciter vivere, quam simpliciter vivere.

Interdum vero admonet esse quaedam bona, quae suapte
quidem natura meliora sunt, non tamen optabiliora, bonis ignobi: Observa.
lioribus. Exemplum huius doctrinae et ratio in textu clara.

Et quod ab alio suppeditari XXXVII. Ab eo quod non 37mg.
est aliunde suppeditari. Axioma tale est. Illud est melius, quod
ab alio suppeditari non potest, quam quod potest. Sic Iustitia
anteponenda erit fortitudini, quam quamvis ipsi fortes non
simus, aliorum tamen fortitudine defendi possumus; per iustitiam
autem alterius cuiuspiam non possumus cuique tribuere quod suum
est, obidque melior censenda.

Et si hoc sine illo XXXVIII. Ab eo quod sine 38ug.
alio est expetendum. Axioma habet tale. Illud est melius,
quod alterius operi non requirit, quam quod requirit. Sic Pruden:
tia melior reputanda est quam robur virium: quam Pru:
dentia, sine robore virium stare potest; robur autem virium
sine prudentia non item.

Et si duorum alterius XXXIX, quem vulgo vocant 39mg.
a dissimulatione. Praeterea cuius absentiam XXXX. 40mg.
A minore vituperatione. Axioma tale. Illud est melius
cuius absentiam, seu amissionem si molestè feramus, minus
vituperamur, quam illud cuius amissionem si molestè feramus
magis vituperamur.

Si liberi meliores.

Sic liberi meliores sunt quam pecunia. Et cuius absentia.

41mg. XXXXI. A Maiore reprehensione seu vituperatione. Continetur Axiomate tali, Illud est longè melius atque praestantius, quod amissum si quispiam negligat. maiorem incurrit reprehensionem; quam illud, quod amissum si quispiam negligat minus vituperetur, sic sanitas melior erit pecuniâ, qa sanitatem amissam si qs negligat gravius vituperaretur. quam si pecuniam amissam negligeret.

Cap. III. Praeterea eorum. 42. A propria virtute. Continetur

42dg eo Axiomate. Illud est melius, quod subycitur alicui speciei, quam quod non subycitur. seu quod habet propriam virtutem, quam quod non habet; sin aut utrumque aliquam virtutem propriam habeat. tum illud erit melius quod magis habet quam quod minus. Sic. Sum hominem meliorem vocabit qui Justitiam habet quam qui non habet: eum item. qui magis iustus est. quam qui minus.

Praeterea si alterum 43. Ab eo, quod facit re

43tig. aliquam bonam continetur Axiomate 3plici. primum est

Axioma 1m. Illud est melius atque praestantius, quod adiectum alicui facit illud bonum, quam quod adiectum alicui non facit illud bonum: Ut virtus erit melior, formâ corporis. Siquidem virtus homini adiecta facit eum bonum. forma

2dm. non item. alterum: illud est praestantius quod adiectum alicui facit illud magis bonum, quam quod minus; Sic Justitia est melior fortitudine. quandoquidem Justitia adiecta homini facit eundem meliorem, quam fortitudo

3tium. 3tium. Illud est melius quod rem praestantiorem facit bonam quam quod deteriorem; sic virtus est melior quam sanitas cum illa faciat animum bonum haec autem corpus. Praeterea singula confirmanda sunt. 44.

A Casibus

A Casibus seu Coniugatis itemque ab Usibus. actioni: 44tus.
bus et operibus ad ipsam rem; Et Contra a re. ad Casus
Usus, actiones et opera. Continetur Axiomatis quatuor.
1mum deseruit Coniugatis, quod est eiusmodi: Si casus 1m. Axioma.
anteponitur, etiam ipsa res cuius est casus anteponetur
Et Contra: Si res anteponitur. etiam Casus rei. E.G. Si
iustè melius est quam fortiter etiam Iustitia melior
quam fortitudo: Et Contra si Iustitia melior quam
fortitudo etiam iustè quam fortiter. Axioma alterum. 2dm.
si Usus rei anteponitur, etiam ipsa res Et Contra si res
anteponitur. etiam Usus. E.G. Cum Usus legum anteponi:
tur Usui armorum. leges anteponentur armis; Et Contra.
si leges anteponentur armis. etiam Usus legum. Usui ar:
morum. Axioma tertium, Si actio ab aliqua re 3tm.
profecta est anteponenda etiam ipsa res: et contra
si aliqua res est anteponenda etiam eius actio.
E.G. Cum Contemplatio anteponitur praxi, etiam intel:
lectus contemplativus praestabit practico et contra.
Axioma 4tm. Si opus alicuius rei anteponitur etiam 4tm.
ipsa res anteponetur. Et Contra. E.G. Cum Oratio
anteponitur domui. etiam Orator seu Rhetorica antepo:
netur architecto seu architecturae: et contra.
Praeterea si eodem alterum 45. Ex eo quod est melius 45tus
meliore. Axioma huius loci potest 2plr concipi: 1mo Illud est
praestantius. quod superat longè melius quàm est id. quod in quae:
stione proponitur: E.G. Si quaeras Utrum sit praestantius
Virtus ne an pecunia? Ostendes Virtutem esse praestan:
tiorem pecuniâ; siquidem Virtus praestantior est sanitate.
quae praestantior est pecuniâ.

Deinde quando

Deinde. quando primum est melius 2do. Secundum item melius 3tio. perfecto ipsum primum erit melius ipso tertio: S. S. Cum virtus est melior sanitate, sanitas autem pecunia, perfecto ipsa virtus erit melior pecunia

46tus. Sed et si duo quaedam 46. Ex eo quod est melius aliquo 3tio. Axioma habet tale: Si primum et 2dum meliora sunt 3tio, magis tamen superetur 3tium a primo, quam a 2do. certe ipsum primum praestantius est. quam 3tium aut 2dum. S. S. Si virtus atque honor meliora sunt pecunia, magis tamen superatur pecunia a virtute, quam ab honore. perfecto virtus longe est melior honore.

47mus. Praeterea cuius ex superantia 47, Ab Excessu. seu multitudine aut incremento clarus in textu.

48us. Et quod sibi quisque 48, A Causa. Clarus in textu

49us. Praeterea ex adiunctione. 49, Ex Adiunctione. Axioma habet tale: si aliquid alicui adiunctum facit illud magis bonum id profecto longe praestantius est eo, quod alicui adiunctum, id ipsum facit minus bonum; sic cum virtuti adiuncta nobilitas facit eam praestantiorem; eidem autem virtuti adiunctae opes faciunt eam minus praestantem, certe nobilitas erit praestantior opibus. Sed cauere oportet.

Observa. Admonet ne in hoc loco uni eidemque alicui rei adiciantur duo eiusmodi, quorum unum illi rei prosit alterum vero non, tum ri unum altero praestantius non erit. Sic falx, non est praestantior serra, quamuis falx adiecta arti messoriae, facit eam meliorem, serra vero non item.

50mus. Similiter etiam 50. Ex additione ad minus bonum. Axioma: id est melius quod minori bono additum facit illud praestantius, quam quod maiori bono additum, facit id ipsum minus praestans. S. S. Virtus praestantior est ~~divitiis~~ nobilitate qui a virtus

qa virtus addita paruis diuitijs facit eas praestantiores: nobilitas autem addita magnis diuitijs non facit eas praestantiores Et si alter 51. Ex detractione. 51.mus

Axioma in textu clar. Sig exemplum ita concipe.
Si quispiam sit diues, prudens, et sanus is sola detracta sanitate erit prudens et diues: detractis solis diuitijs erit prudens et sanus. Si itaque prudentia cum diuitijs est minus bonum, quam prudentia cum sanitate, certe sanitas est melior diuitijs Et si alter. 52. 52.dus

Ab eo, quod est propter se, non autem propter opinionem. Hoc modo victoria Imperatoris, quae est bonum per se, melior est triumpho, qui est bonum propter opinionem.

Et si alter 53. Ab eo quod est propter se et propter opinionem simul. Axioma: Illud est melius, quod et propter se, et propter opinionem expetitur, quam quod aut propter se tantum aut propter opinionem tantum. Sic, defensio patriae quae fit et propter se et propter opinionem simul, melior est triumpho, quam fit propter opinionem tantum. 53.tius

Et quod est magis 54. Ab eo quod per se est in maiore pretio atque honore. Sic nobilitas erit praestantior diuitijs 54.tus

CAPVT II.

Tria hic sunt. Primum tres loci. alter. duo documenta. Tertium. quodlibet loci quaestionis vnalis hactenus tradit. possit accommodari quaestionibus particularibus. Argum cap.

Praeterea distinguere Locus 55. Ex diuisione expetendorum seu bonorum. Ut axioma eiusmodi. Cui omnia vel saltem plura expetendorum genera insunt, illud est melius eo cui non omnia vel saltem pauciora expetendorum genera insunt. Sic Medicina melior est Mercatura 55.tus

Quoniam illa

Omni illa et honestate et iucunditatem et utilitate simul complectitur; Haec aut utilitatem solam.

Observa — Cum autem Admonet, si duo aliqua proponantur eius modi, quae rone bonorum sunt paria, tum videndum esse. Utrum eorum magis honestum aut magis iucundum, magisque utile sit. Rursus quod est. Locus 56. Ab eo quod est

56tus. rei melioris causa. Et Axioma et exemplum in textu clara.

Adiicit aut idem Axioma accomodandum esse rebus fugiendis contrario tamen modo, ita videlicet ut quanto aliquid est causa deterioris mali: tanto etiam ~~magis~~ malum censendum sit. Praeterea pt ex eo Locus 57,

57mus. Ab eo quod est expetendum tantum, nunquam autem vitandum. Axiomate complectitur tali. Illud est praestantius, quod semper expetitur. nunquam autem vitatur. quam illud quod aliquando expetitur aliquando vitatur. Sic Philosophia praestantior est Peregrinatione: Philosophiam ni semper expetimus; Peregrinationem interdum vitamus.

Rerum igitur Conclusio tractatus de locis deservientibus quaestioni Accidentis Comparati. Iidem loci utiles:

Cap. IV. — Pars cap. 2da. Hoc loco est documentum primum, in quo docetur. Locos quaestioni comparatae servientes posse etiam

1m documentum. accomodari quaestionibus simplicibus et absolutis. Dum dicitur

1mo Si ex quaestionibus comparatis detrahatur omnis praestantia secundum quam unum dr praestantius esse altero

E. G. Quaestio est. Utrum sit melius pax ne an bellum eadem quaestione faciemus absoluta, si ita dicamus. Pacem esse utilem, aut bonam. 2do. Si nulla fiat praestantiae detractio. E. G. Erat Locus nonus talis: quod natura sua est bonum, illud est melius eo, quod tale non est: Tu vero probabis absolute Justitiam esse bonam, cum sit suapte natura bona

natura bona. Sumendi autem sunt. Documentum 2dm. Cap. V.
quo docetur locos hactenus propositos convertendos esse in magis
universales. Convertentur autem, si termini ipsorum ut 2dm.
positivi, ita etiam comparativi convertantur in has dictiones
Tale, magis tale, minus tale. Documentum id illustrat exem:
plis 8. qui ex universalibus fiunt magis universales
eo modo quo dictum est. Veluti Locus primus. 1mus locus.
qui olim fuit nonus. Hunc generaliter ita concipies.
Quod suapte natura est tale, illud est magis tale, quam
quod adventitia quadam vi est tale,
Et si alter efficit Locus 2dus. qui olim fuit 43. 2dus
Habebat axiomata duo, unum. Illud est melius, quod addi:
tum alicui facit illud bonum, quam quod non facit
Alterum. Illud est melius, quod additum alicui facit il:
lud melius, quam quod minus bonum. Utrumque axioma
convertes. in alia axiomata magis universalia sic.
Illud est magis tale, quod additum alicui facit illud
tale, quam quod non facit tale. Item: Illud est magis
tale, quod additum alicui, facit illud magis tale, quam
quod minus tale. Praeterea III. qui olim 3tius.
fuit 45. Axioma eius minus universale. ita convertetur
in magis universale: Si primum est magis tale, quam
secundum. et 2dm. quam tertium, profecto primum
erit magis tale, quam tertium, Praeterea IV. 4tus.
qui olim fuit 46. Axioma eius universale ita
concipe. Si primum et 2dm magis talia sunt quam
tertium. magis tamen tale sit primum tertio quam
2do: certe primum magis tale est quam 2dm.

Vide modum in
5tm. X Praeter
ducendum est a
vel
aut si minus adiunct

Praeterea ex Hypothesi:

lectio 2da hinc incipit. Item ex suppositione 5tus. Ex suppositione seu ex hypothesi (de hac hypothesi actum est sub finem lib. 1. Topicorum)

5tus Axiomata duo. Continetur hic locus axiomatis duobus. primum est affirmativum huiusmodi: si aliquid uni convenit ex suppositione id ipsum omnibus similibus conveniet. Alterum est negativum huiusmodi: si aliquid uni non inest ex suppositione id ipsum omnibus similibus non inerit. Utrumque axioma declaratur exemplo in textu.

Usus eorum. Si igitur. Ostendit usum axiomatum proxime dictorum admonens quaestioni affirmativae opponendum esse axioma negativum. et contra quaestioni negativae axioma affirmativum. Illud autem. sive At si cuidam.

Effectus loci 5ti. Docet quisnam effectus sit loci quinti. ille videlicet. quod beneficio eius, quaestio suapte natura particularis convertatur in universalem. At si indefinita.

Cum igitur problema Digressio sequitur, in qua ostendit modos refutandarum interdum etiam confirmandarum quaestionum particularium statuit ergo Artes quaestionem particulae 4plicem. quarum

Quaestionum divisio 4 duplex. Una est indefinita, definita altera magis definita tertia, maxime definita 4ta. Quaestionis particularis indefinitae confirmandae et evertendae modum hoc loco statim tradit

1ma 1tr. Dicitur autem quaestio particularis indefinita illa. quando non constat. Utrum vera ponatur, tam affirmatio quam negatio particularis an altera tantum, sive illa quaestio habeat notam particularem. Ut quaedam voluptas est bona; sive non habeat. Ut voluptas est bona. Iam talis quaestio evertitur unico modo, nimirum si probetur eius contradictoria universalis. Confirmatur autem 2 ptr. primo, si probetur particularis, ~~opposita~~ ideo si universalis.

Similiter autem.

Similr autem. Transit ad quaestionem particularem definitam. Est aut quaestio particularis definita illa, quando ponuntur ambae particulares esse verae, et universales falsae. E. G. Quaedam voluptas non est bona hoc est. aliqua voluptas est bona et aliqua non. Evertetur talis quaestio 2plr: primo si probetur universalis affirmans. 2do si universalis negans. Cum autem Jesus

2da.

Quodsi una.

Transit ad quaestionem particularem magis definitam. Dicitur aut magis definita illa quando una aliqua species a caeteris separatur. E. G. Si quispiam dicat. unam aliquam voluptatem esse bonam. nec tamen explicet. quaenam voluptas illa sit. Evertetur talis quaestio 3plr. 1mo. Si probetur universalis affirmans. 2do. Si universalis negans. 3tio. Si plures particulares.

3tia.

Cum aut Jesus mxe Tandem adfert quaestionem maxime definitam. Dicitur aut quaestio particularis mxe definita illa, quando sumitur unum aliquod particulare signatum, seu determinatum et non vagum, E. G. Cum dicimus. Non aliquam neque unam virtutem esse scientiam sed Justitiam. aut Prudentiam esse scientiam. Evertetur talis quaestio modis 4. quorum singuli in textu clari.

Quaestione autem.

~~Vel aut si minus adiunctum~~

Praeterea ducendum est argtm. Locus 5tus. qui olim 49. et 50. Axioma generale tale est. quod adiectum alicui facit illud magis tale. illud ipsum est magis tale. Similiter ex detractione.

5tus. X. supra. 5tus. lectio 1ma haec est

Sextus, qui olim 51. Axioma generale habet eiusmodi. quo detracto reliquum fit minus tale est magis tale.

6tus.

Et quae sunt contrarijs minus Locus 7mus. Qui olim 31. Axioma generale habet eiusmodi. Quae minus permixta sunt contrarijs ea sunt magis talia.

7mus.

Insuper praeter.

8vus. Insuper praeter. Locus 8vus. Qui olim 3. lib. 2. Axiomate generali continetur eiusmodi. Quod definitionem alicuius magis suscipit. illud est magis tali.

Cap. VI. Sit vero problema. Pars cap. 3tia in qua docetur locos omnes universales lib. 2. et 3. traditos posse accommodari quaestionibus particularibus (quibus scilicet appositum est signum particulare) hoc est ex quibus locis petita sunt argumenta ad confirmandas vel evertendas quaestiones universales accidentis ut absoluti ita comparati. ex ijsdem peti posse argumenta confirmandarum, vel refutandarum quaestionum particularium accidentis utriusque.

1mus. Ordo huius doctrinae ab Arte servatur talis. primo ni proponitur praeceptum. deinde adfertur praecepti ratio. ad extremum hoc praeceptum et ratio illustrantur exemplis locorum universalium septem, qui partim ex 2do, partim ex 3tio libro desumuntur. quanquam exemplis admiscet digressionem quandam qua docet rationem evertendarum quaestionum indefinitarum et definitarum. Quod attinet ad praeceptum. id ita habet.

Praeceptum. Loci universales 2do et 3tio libro traditi possunt convenire etiam particularibus quaestionibus ut confirmandis ita refutandis.

Ratio. Quod ni aliquid universaliter probat, ille idipsum particulariter etiam probat quandoquidem particulare continetur sub universali. obidque probatio particularis alicuius quaestionis dependet ex probatione universalis, sicque ex consequenti argumentum probans universalem propositionem probabit simul etiam particularem ab illa universali dependendo.

Maxime autem apti. Sequuntur exempla locorum quibus praecepti vis ostenditur: 1mus locus est oppositorum. quae comprehendebantur locis 25to 26to et 27o. lib. 2di. Quorum locorum optima haec erit argumentatio. Quoniam omnis voluptas est bona. omnis quoque dolor est malus. certe aliqua etiam voluptas est bona, et aliquis dolor est malus. Rursum

exemplificatur.

Rursum si quid iniustum. Locus 2dus ex Coniugatis et casibus. Locus 2dus.
qui fuit 28. lib. 2di et 44 lib. 3tij. Idem Axioma eius
optimam hoc est probatio. Si omne iniustum est malum, omne item
quod iniuste fit male fit, profecto et aliquid iniustum est malum,
aliquod item quod iniuste fit male fit. Praeterea ex eo quod magis
~~Et in ijs~~. Itaque qui fuit 29. lib. 2di et 24 lib. 3tij 3tius.
Secundum illius Axioma erit optima haec probatio. Si omnis amissio
probae existimationis est deterior morte omni, profecto etiam aliqua
amissio probae existimationis est deterior aliqua morte.

Non solum autem. Quartus ad quem referendi sunt 4tus.
loci 32. 33. 34. 35. 36. lib. 2di. Hunc locum universalem docet etiam
particularibus quaestionibus servire ut in diversis generibus ita in ijsdem.
In diversis itaque generibus et comparatione maiorum Axioma tale
proponit. Si aliquid eorum quae videntur magis talia, non est tale.
ne id quidem erit tale, quod minus videtur tale. Ex comparatione Axiomata duo.
autem parium proponuntur duo Axiomata. Primum affirmativum 1m.
est hoc. Si duorum parium unum sit tale et alterum erit tale.
Ex comparatione minorum denique proponitur Axioma eiusmodi.
Si aliquid quod minus videtur esse tale, est tale, certe et illud erit 2dm.
tale quod magis videtur esse tale. In ijsdem autem generibus
fit usus etiam eiusdem loci. E. G. Cum arguimur a Prudentia
ad scientiam. Dum modo scientia in ampliori significatione
accipiatur. quam accipitur 6to Ethicorum. alias scientia
non erit genus Prudentiae. sed species diversa a Prudentia.
Hoc loco textus poni debet. Item ex ~~Hypotesi~~ suppositione qui est supra. 3tia lectio hinc incipienda est.
tum demum.

Prodest etiam respicere.

Hactenus digressio. Nunc proponitur Locus 6tus a speciebus 6tus.
subiecti, qui olim fuit 2dus lib. 2di. Eius loci talis sensus
est.
Cum secundum hunc locum, probamus aliquod attributum

inesse vel etiam non inesse alicui subiecto universaliter ex inspectione singularis subiecti partium, perfecto idem attributum potest etiam probari particulariter per eundem locum. Praeterea Locus 7mus.

7mus A divisione Praedicati, qui fuit olim 1mus lib. 2di. Hic locus est bimembris: et enim accidens, aut est genus quod discerpitur in suas species: aut idem accidens est species specialissima, quae discerpitur in individua. Ex Exemplis Aristotelicis. duo haec possunt concipi axiomata primum negativum: cui nulla pars subiectiva accidentis inest, ei accidens non inest. Alterum affirmativum. Cui aliqua pars subiectiva accidentis inest (species scilicet aut individuum) Eidem accidens vere inesse dicitur. Ad confirmandum Conclusio libri 2di et 3tii.

IN LIBRVM ARISTOTELIS TOPICORVM IV.

Notae.

Argumentum Libri 4ti.

Confert se Artes ad tractandam quaestionem Generis. Id autem praestat, adducens locos 70. Ex quibus promuntur argumenta confirmandarum et evertendarum quaestionum Generis.

CAPVT I.

Adferuntur hoc capite Loci decem. Post haec

Post hæc Propositio dicendorum eorum scilicet quæ et hoc et proxime sequenti libro describentur.

Hæc autem Genus et proprium unumquodque vocant definitionum elementa. Genus quidem propterea quia est definitionis pars; Proprium autem vel propterea quia definitio omnis est propria sui definiti. Vel propterea quia interdum proprietates sunt de formis partes quod fit tum quando differentia specifica quæ una cum genere naturalem constituit de formam desiderat.

Si igitur Locus 1mus. Ex eo quod non omnibus alicuius partibus convenit. Axioma habet eiusmodi: Illud non est genus quod omnibus partibus sub se contentis non convenit. Sic bonum non est genus voluptatis: quia aliquæ partes voluptatum bonæ non sunt illæ scilicet quæ turpitudinem habent. Deinde videndum est. 1mus locus. Axioma.

2dus Ex modo prædicationis seu ex eo quod non prædicatur. Ut genus. Axioma. Illud non est genus quod de suis partibus non prædicatur in quid. sed potius in quale quid. Sic album non est genus nivis. Si quidem album prædicatur de nive in quale quid. Mixte vero oportet ad. Tertius. Ex eo quod prædicatur secundum accidentis definitionem. Axioma. Illud non est genus quod ita de aliquo prædicatur. Ut non prædicari etiam possit; seu illud non est genus quod aliquando inest aliquando non inest. Amplius. 4tus. Præterea videndum est 4tus

A diversitate generum seu prædicamentorum. Axioma: Illud non est in eo prædicamento in quo est proposita species. Illud eius speciei non est genus. Sic album non est.

Sic albū non est genus Cygni, qa Cygnus est in substantia albū in qualitate. Praeterea Item considerandum 5tus.

5tus. A Participatione Speciei. Axioma, quod est particeps speciei (hoc est, quod recipit definitionem speciei) illud non est genus. Sic Entis nullū pt genus assignari quodcunque n illud assignetur. illud certe participabit de Ente. Siqdem per Ens definietur. Illud etiam 6tus.

6tus. Praeterea videndum est. A Subiectis speciei. Axioma: Quod non dr de ijs, de quibus dr species, illud non est genus. Sic scientia non est genus opinionis, qa opinio ut Entibus ita non Entibus convenit. Scientia autem Entibus tm. Item videndum est.

7mus. Rursum 7mus. A participatione remotioris speciei Axioma: quod nec ullius speciei est particeps neque est proxima generis species, illud non est ponendum in illo genere. R. Species n. vel immediate ponitur in genere vel mediate. Si immediate tum illa species generis tm est particeps. E.G. Corpus substantiae. Sin mediate tunc illa et speciei alterius et generis erit particeps. E.G. Viuens est particeps et corporis et substantiae. Sic Motus non est genus voluptatis qa voluptas de nulla Motus specie participat.

8us. Praeterea videndum. 8us. A Maiore praedicatione speciei. Axiomate continetur eiusmodi: Quod de paucioribus dr quam species in quaestione proposita, id non est genus. Sic Ens non est genus opinabilis: qa opinabile de pluribus multo dr, quam Ens: cum opinabile conveniat et ijs quae sunt et ijs quae non sunt; Ens autem ijs tantum quae sunt. Rursus.

item Pursus. 9nus. ab aequalitate praedicationis. Axioma habet 9nus.
tale. Si id quod dr genus de ~~quo quod~~ totidem praedicatur, et de iis tm
de quibus proposita species certe non est genus. Sic Ens non
pt esse genus Unius; Etenim quot sunt partes subiectae En:
tis, totidem Unius. Animaduertendum 10mus. 10mus.
Ab iis quae sunt eiusdem speciei. Axiomate continetur 2plici: Axiomata
primum est negatiuum tale: quod. Unius eorum, quae specie non 1m. duo.
differunt, non est genus, id ne reliquorum quidem dicendum est genus.
Sic indiuisibile, non est genus linearum secabilium, quae non diffe
runt specie a lineis insecabilibus. Alterum affirmatiuum: 2dm.
Quod Unius eorum quae specie non differunt est genus id ipsum
aliorum etiam erit genus.

CAPUT II.

Habet Locos 14. Illud etiam Locus 11. a Genere diuerso. 11mus
Axioma eius ita concipitur: Si aliqua duo genera sint diuersa
tum Unius eorum species non subijcitur alteri. E. G. Cum Virtus
et scientia sunt genera diuersa, profecto iustitia quae est
species Virtutis non est species Scientiae. Hoc autem in quibusdam.
quamquam Obiectio contra Axioma proxime datum. Obiectio
Hanc ita Concipe: Prudentia ponitur sub Virtute et
Scientia tanquam sub suis generibus: Ergo Axioma falsum. Responsio. 2plex.
Respondet Artes 2plex. primo, non omnibus Philosophis pla: 1mo
cere Prudentiam contineri a Virtute et Scientia, pro:
inde. Axioma adhuc saluum manet. 2do: Si omnino pru: 2do.
dentia et Virtus sit et Scientia, tum Axioma ita debet corrigi:
Si aliqua duo genera sint diuersa, eademque sub nullo eodem gene:
re ponantur, tum Unius generis species non erit alterius;
sin autem duo genera ita sint diuersa. Ut sub Uno genere con:
tineantur. tum nihil obstat. Unius generis speciem alterius
etiam esse.

Sic Prudentia.

Considerare. Sic Prudentia habebit genus et virtutem et scientiam: quia virtus et scientia idem habent genus nempe Habitum.

12mus. Spectandum 12mus A superiori genere. Axiomata hoc duo.

Axioma. 1m. 1m. Negativum: Si generis in quaestione positi genus non praedicatur de specie proposita in quid, non est genus sic virtus non est genus pudoris, cum pudor non sit Habitus

Idem. qui est genus virtutis. Alterum: Si generis in quaestione positi genus praedicatur de specie proposita in quid, est illius genus: sic animal est genus hominis: quia vivens genus animalis praedicatur de homine in quid.

13mus. Rursus. Videndum Amplius. 13mus. A participatione speciei. hic idem ferè est cum loco 5. huius libri; in eo tamen differens quia ibi de genere proximo dicebatur: hic autem de remoto dicitur. Quia igitur refel

Evertenti igitur. Ad refellendum. Tradit usum loci 12mi. S.E. valet

Usus loci 12mi. refutando et confirmando. Refutando quidem eo modo quo diximus. Confirmando autem 1mo. quando quispiam dicit Attributum quaestionis inesse subiecto sed non tanquam genus. Atque tum confirmabis quaestionem tali Axiomate.

Axioma. Si aliquod superiorum generum attribuitur quaestioni speciei proposita in quid. caetera quoque vel supra vel infra illud genus constituta erunt illius speciei genera. Sic hominis est genus animal. quia corpus genus animalis superius dicitur de homine in quid. 2do quando simpliciter negatur attributum inesse subiecto: tum si non satis est probare aliquod superiorum generum praedicari de specie proposita in quid; sed ostendendum etiam est speciem propositam non esse alterius generis. Sub eo genere remoto contenti participem, nisi eius quod est in quaestione

S. G. si quae

E. G. si quaeratur. Utrum Venatio sive Ambulatio sit genus ingressus? accipio argumentum a genere delationis quod est Motio vel Motus: dicoque ingressus est remota species Motionis. id autem ingressus non est species generationis nec corruptionis, nec augmentationis, nec diminutionis nec alterationis. Ergo erit species Dellationis. L.

Rursus in quibus.

Amplius etiam 14mus. Ab iis quae continentur sub specie assignata. Axioma habet eiusmodi: si species proposita in quaestione sit sub genere etiam in quaestione proposito eadem autem species sit genus alterius speciei. de qua genus in quaestione positum, vel eius generis aliud genus non praedicatur in quid. non est genus. Valet hic locus evertendo et confirmando. Evertendo ostendens scientiam non esse genus virtutis, quia de eius speciebus puta de Justitia et Fortitudine non dicitur in quid. Confirmando autem probabis Aquaticum esse genus piscis quia piscis est genus Cetti. 14mus.

Considerare etiam oportet rationes.

gationis non est Proprium, neque Affirmatio Affirmationis erit
Proprium: et contra, si affirmans non est proprium Affirmationis
neque negatio erit negationis. Axioma confirmans tale est.
Si Affirmatio est Proprium Affirmationis, etiam Negatio
Negationis erit. Exempla in textu. Tertius locus ex ipsis
~~Secundus locus~~ vel Tertius 36. In quo unum praedicatum con:
fertur cum duobus subiectis contradictoriis. Habet Axioma euer: 36tus.
tens eiusmodi. Si propositum Proprium conuenit Affirmationi
Negationi nequaquam conueniet: et contra si negationi con:
uenit Affirmationi non conueniet. Axioma rursum con:
firmans tale est. Si propositum proprium non conuenit affir:
mationi, idipsum conuenit negationi. Sed hic locus.

Sed hic locus. Ostendit locum proxime praecedentem rōe
Observa. Axiomatis confirmantis esse falsum. quandoquidem per illud
Attributum affirmatum dicatur praedicari de subiecto negato,
Jam per Naturalem praedicationem Affirmatio non potest
praedicari de Negatione neque contra.

Deinde ex Condiuidentibus. Locus 37. Ex contradistinctis.
37mus. seu ex ijs, quae in eadem diuisione ponuntur, sibique ad inuicem op-
nuntur tanquam membra diuidentia. Axioma huius loci negan-
ut intelligatur. ponantur 4. termini ita ut primus eorum et 2dus
ponantur in eadem diuisione alicuius rei, tertius autem et 4tus
in alia diuisione. E.G. Alia est diuisio animalis in immortale
et mortale alia in sensibile et intelligibile, his ita positis. Ax-
oma negans ita concipe. Si tertium non est proprium primi
etiam 4tum non erit proprium secundi, et contra. Si 4tum non est
proprium 2di neque tertium erit primi. Sic quoniam sensibile non est
proprium mortalis, neque intelligibile dici potest proprium mor-
talis et contra. Axioma confirmans opposito modo est con-
cipiendum.

Cap. VII.
38mus. Deinde ex casibus Locus 38. Ex casibus. Clarus in textu.
39mus. Non solum autem. Locus 39. Ex casibus contrariorum.
40mus Deinde ex ijs. Locus 40. Ex similitudine seu comparatione duorum
Attributorum similium ad duo subiecta similia.

41mus. Deinde ex ijs Locus 41. Ex ijs quae eodem modo se habent
seu ex comparatione unius attributi ad duo subiecta similia. Axio-
ta euertentia huius loci duo sunt quae ut intelligantur stat-
Axioma. euertens. endi sunt tres termini. hoc est duo subiecta. E.G. Prudentia
Justitia, Attributum autem unum tale, quod aeque possit di-
1m. de subiectis duobus. E.G. Efficere hominem felicem. Hi
ita positis. Sit primum Axioma euertens tale. Si ter-
non est proprium Prudentiae certe nec Justitiae erit.
2dm. Axioma 2dm etiam euertens tale. esto. Si tertium
est proprium 2di idipsum non erit proprium tertij. Ro.
Ea proprium non potest conuenire pluribus subiectis
siquidem cum suo subiecto reciprocatur. hic locus non va-
confir

confirmando. Nota autem exemplum 1di Axiomatis non esse obscurum.
apertum, obiiçq; interpretes locum esse mendosum putant. Ita
in eo duo attributa cum duobq; subiectis conferuntur.

Deinde refellitur. Loco 42. ubi eo quod dr esse fieri
et interire. Axiomata habet 6. quæ prima tria valeat q 2dq.
refutando, tria ibiq; posteriora confirmantur. Axioma primum Axioma 1m.
est tale. Si id quod dr eidem esse non est proprium cui
quod dr eidem esse, tum neq; id erit proprium quod dr
eidem fieri eius quod dr eidem fieri, neq; id quod dr eidem
interire. erit proprium eius quod etiam dr eidem interire. E.g.
Cui homini non est proprium esse animal, profecto neq; τὸ fi:
cui hominiest proprium τὸ fieri animal, neq; etiam τοῦ in:
terire hominem est proprium τὸ interire animal. Axioma
2dm. Si id quod dr proprium eidem fieri, non est proprium 2dm.
eius quod dr eidem fieri cum neq; id quod dr eidem
esse erit proprium cui quod dr eidem esse, neq; id quod dr
eidem interire erit proprium cui, quibe dr eidem interire.
E.g. cui hominis non est proprium fieri animal, profecto
etiam τοῦ esse hominis non est proprium τὸ esse animal. neq; τοῦ
interire hominis erit proprium τὸ interire animal. Axioma
3tium. Si id quod dr eidem interire non est proprium cui quod 3tium.
etiam dr eidem interire, ipsum non erit proprium eidem esse
eius quod dr eidem esse. neq; eidem fieri eius quod etiam
dr eidem fieri. E.g. cui hominis non est proprium interire
animal, certe et τοῦ esse hominis non est proprium τὸ esse animal.
similr τοῦ fieri homi, non est proprium τὸ fieri animal. Axi:
oma 4tum est oppositum primo. quemadmodu 5tum. 6tum. sextus 4tum. deleta.
ibid 3tio.

Deinde respicere. Loco 43. ubi Idea. At Axiomata 4tum.
enuntiata duo primum tale est. Quod Idea non est primi Axioma 1m.
eidem non potest fieri proprium eius cui est idea. Alterū. 2dm.
quod ideæ etiam hoc non potest fieri proprium. non quatenus
est illius rei idea simpliciter, illud cui rei non potest fieri
proprium. Axioma confirmari rursum est tale.

Quod est primi Idea

Quod est Proprium ideae quatenus est alicuius rei Idea illud ipsum est Proprium eiusdem rei. Exempla habes in textu.

CAPUT V.

Cap. VIII. Habet Locos decem. Deinde arguendum Locus 44 a Comparatione maiorum. quemadmodum et sequentes 4. In hoc loco confertur unum attributum cum uno subiecto. Axioma euertens ita concipi potest. Si id quod dicitur magis non est proprium eius quod dicitur magis, profecto neque id quod dicitur minus erit Proprium eius, quod dicitur minus, neque id quod dicitur maximè, erit proprium eius quod dicitur maximè neque id quod dicitur simpliciter, eius quod dicitur simpliciter. Axioma confirmans opposito modo est concipiendum. Utriusque exempla vide in textu.

44tus

Ex eo quoque Locus 45. Idem ferè cum 44. nisi quod in hoc loco membra axiomatum inuerso ordine ponantur. Valet euertendo et confirmando. Exempla et axiomata in textu clara.

45tus

Secundo loco. Locus 46. In quo duo attributa conferuntur cum duobus subiectis. Axioma eius euertens tale est. Si id quod magis videtur alicuius esse proprium, non tamen est Proprium, profecto nec id Proprium erit dicendum quod minus videtur inesse alicui. Axioma vero confirmans tale. Si id quod minus videtur inesse alicui est tamen eius Proprium, profecto etiam illud erit Proprium, quod magis videtur inesse alicui. Utriusque Axiomatis exempla habes in textu.

46tus

Tertio loco Locus 47. In quo unum attributum confertur cum duobus subiectis. Valet hic locus euertendo per duo Axiomata quorum unum tale est. Si id quod magis videtur esse Proprium unius alterius vero minus, non est tamen proprium eius, cuius magis esse videtur, profecto nec eius erit, cuius minus esse videtur. Axioma alterum. Si id quod magis videtur esse unius proprium, alterius vero minus, estque proprium eius, cuius magis videtur esse profecto tamen erit Proprium eius, cui minus inesse videtur. Exempla in textu.

47mus

Quarto loco Locus 48. In quo duo attributa cum uno subiecto conferuntur. Axioma euertens est tale. Si id quod videtur ~~magis~~ esse proprium, non tamen est proprium tum neque illud Proprium erit dicendum, quod minus videtur esse Proprium.

48us

Axioma

Axioma ste confirmans est tale. Si id quod unicuique videtur esse suum
unum est tamen proprius, profecto et illud erit proprium quod
magis videtur esse proprium Scripta habes in textu.

Deinde arguendo. Loco 49. A. Comparabe unicum uni 49ng.
et secundum duo. Hic conferuntur duo attributa cum duobus
subiectis Axioma ejg est tale. exertens. quod alicui videtur esse
propria alicuorum si unum eorum non est proprium unicuique necesse
unicum erit alterius. Axioma confirmans est approbatum. Scripta in textu.

Ido loco. Loco 50. In isto conferuntur duo attributa 50ng.
cum uno subiecto &c. exertens tale est. Ex duobus proprijs
si utrunque alicui videtur esse proprium alterius subiecti unum
tamen eorum non recte dici proprium illius subiecti certe negat
alterum erit. Axioma affirmans est approbatum. Scripta in textu.

Tertio loco. Loco 51. In isto unum attributum conferitur 51ng.
cum duobus subiectis. Valet tantum exertendo. per 2plex Axioma.
quorum primum est tale. Unum quod alicui videtur convenire
duobus subiectis si unicuique eorum non est proprium necesse alterius
erit.

Alter. Unum quod alicui videtur convenire duobus
si unicuique eorum est proprium. certe alteri non erit

Effect autem. Effectus dictorum locorum trium proxime precedentium:
tum, et loco 40. latius 41.

Caput IX.

Deinde refellitur. Loco 52. a Genio potestate. Axioma 52nda.
ejg negans est tale. quod assignatum proprium quod est potest
stabe et non actu idem proprius refellatur ad aliquod subiectum
quod potest etiam non esse tum cum id existit cuius assignatur
esse proprium. profecto illud non est vere proprium. Ro. alias
si subiectum esset sine risibili et contra. Sic respirabile non
est. Proprium caeris, cum sit potestate quod refertur ad aliquid
rectum, videlicet animal. potestate esse animali. non existens:
te respirabile autem non potest sine animali. Axioma con-
firmans est ejusmodi. Si affirmatum unicui aliqui attributum refer-
tur ad ens. vel etiam ad non ens. Idem modo illi non fatiscen-
tur. bene assignatur proprium. Prioris membri huius Axiomatis
exemplus habes in textu. alterius hoc 2. Materia primo quod ex ma
ens. recte attribuitur proprium potestate. videlicet per modum ens formas.

Deinde

53tiq. Deinde. Locq 53. a Superlatione. Axioma euertens h[illegible] eiusmodi. Pprium quod in suplatione consistit. seu excessu n[illegible] est Proprium. Rō. Qa non reciprocatur cum subiecto sublatoq subiecto ipsum manet. E. G. Si quis dicat Ignis est proprium Ut sit Corpq leuissimum, male assignabit Pprium cum Corpq leuissimum non reciprocatur cum igni, praeter sublato igni manet Corpus leuissimum in alio subiecto aere videlicet. Axioma confirmans est oppositum.

IN ARISTOTELIS TOPICORUM Librum Sextū Notae.

Argtm libri. In hoc libro exponitur ab Aristotele ratio euertendarū quaestionum definitionis confirmandarum ri, ratio reijcitur in librum septimum quod praestabitur locis 80.

CAPUT I.

Argtm cap. Praemittuntur quaedā hoc capite necessaria ad intelligentiam loci quaestionis Definitionis. Talia autem sunt duo praecipua Primum Modi euertendarum quaestionum definitionis, partim ad secundū et tertium et 4tum Topicorū libros pertinēte partim ad praesentem 6tum.

Euertendae definitionis modi 5. Eius tractationis. 1m cap. est membrū in quo exponuntur modi seu genera quaestionum definitionis, quae euertuntur quaeq. Primus est. quando definitio non de omni definito dr. alter quando definitio, non ~~est propria definiti~~. habet genus aut si habet non est Proprium Definiti. 3tiq quando definitio non est propria Definiti. 4tq. quando definitio non explicat Naturam rei, 5tq. quando definitio non recte assignatur.

An igr de quo. Enumeratis modis euertendarum definitionum, ostendit deinceps primum modū pertinere ad librum Idm Topicorum Uti in quo disputatur num aliquid alicui insit vel non. Deinde modum Idm pertinere ad librū 6tm et 7m in quibus scilt ondetur num assignata sit definitio definiti seu. num assignata definitio explicat Naturam definiti, item num assignata definitio sit recte assignata. Primum

Primum. 5gr. Membrū alterum in quo ostendit ordinem quē
seruaturus est in expositione hōr locorū Definitionis. S. E. Agendo
et primo de locis qui conducit num recte sit assignata Definitio:
hōi, num minime. Deinde adducendi erunt loci quibus oppugnabunt
sit ne aliqd definitum, seu sit ne Natura rēi exposita.
Rō. Natura n comparatiū est. Et in oīb relatis Difficilius
sit recte facere quam facere: obiō etiam difficilius est recte
definire quam definire. et qm ita res habet. ipsesta facilis
est temp oppugnare definitionem, quasi non recte factam quam
ostendere nullo modo defore esse factam. Verum. quod est
facile difficile se impugnatu est facile: Jam preterea est
regula atq; methodus docendi illa (Ut a facilioribus ad difficilia.
Juius autem. Defore non recte assignatam, diuidit in duas partes. pm est illud quod est obscu-
rum, alterū quod sit redundantem. Utrūq; igitur
in textu adductus in textu, Utrūq; etiam exponendi ratio
hoc libro habitur.

CAPT II.

Transit ad expositionem locorum juxta eum ordinem, quem prædec. sequitur
in capite de seruaturum polliceitus est. hoc cap. 12. loci adscend.
tur quorum priores septem conueniunt illis definitionibus, que
habent obscuritatem, alij illis qui redundantiam.

Primus 1gr. Locus primus ab equiuocatione definitionis. Ar: 1us Locus
oma habet tale. Non recte assignatur definitio, in qua est aliqd
equiuocum. Rō. Ea sit definitio erit obscura, excepta in textu.
Idem confirmat. 2g locus ab equiuocatione definiti. Arioma. 2us locus.
Male assignatur definitio, si accommodatur ad definitū equiuocū
et non diuisum in suas sētiones. Rō. ejg eadē. que prioris.
Maxime autē tale. Docet locū proxime precedentem esse accep:
orem cauī lationis faciendis nisi equiuoca definita prius diuidantur
Ut est vocatur refelli definitio, quasi non omnibus conueniat sub obscura.
definito contentis. S. E. Si definiat Canem esse animal latrabile
tum aduersarius vrgebitur eam impugnare: Siquidē non omni cani
conuenit S. E. nisi, sit hic primus modus cognoscendi definitionis ex
hoc loco sumptus, quo scitemus Ut tum, quando latet equiuocatio
aliq non est.

Alius modus est quando probamus nullam significationem convenire.
hoc autem utimur, cum non latet aequivocatio.

3tus. Alius locus est. 3. a Translatione seu Metaphora continetur
Axiomate eiusmodi. male assignatur definitio, si aliquod Ver-
bum translatum habet. Ro loci duplex est. 1ma quia defini-
Ro. 2plex. tiones metaphoricae obscurae sunt, praebentque adversario occasio-
nem calumpniandi et ostendendi. definitionem illam non esse definitio
deinde quia aliter eadem res contineretur sub diversis generibus
omnino. E. G. si recta esset haec definitio. Temperantia est
Concentus profecto temperantia erit species tam virtutis quam
etiam ipsius concentus, quae minime sunt subalterna. Alia Ex-
pla vide in textu.

4tus. Praeterea obscure Locus 4. A nomine inusitato. Axioma
eius tale. Male assignatur definitio, in qua ponuntur verba in-
usitata. Exempla in textu.

5tus. Quaedam autem. Locus 5. ab Improprietate nominum.
Habet Axioma tale. Male assignatur definitio in qua ponuntur
verba impropria. Exemplum in textu est Platonicum. Nam Pla-
tonis lex et exemplaris est recta ratio in mente divina. eiusdem
legis imago, est in legibus popularibus seu civilibus.

6tus. Praeterea recte. Locus 6. A Definitione Contrarii
non cognita. Ax. ht tale. Male assignatur definitio ex qua
non cognoscitur natura Contrarii ipsius definiti. Ro Unius ri
Contrarii cognitio suggerit alterius cognitionem

7mus. Aut si per se Locus 7. Ab ignoratione definiti. Axio-
mate continetur eiusmodi. Male assignantur illae definitiones
quibus allatis incertum est cuiusnam rei illae sint. Aristoteles
tales definitiones in textu declarat exemplo sumpto ab an-
quis pictoribus rudibus qui suis picturis apponebant quid es-
res singulae pictae. E. G. Quando picturam non poterant
distinguere equum ab asino. tum Uni imagini apponebant
nomen Equus. alteri Asinus quemadm. igr illae picturae vi-
osae erant; quia per se non erat clarum, quam rem significa-
ita etiam

ita etiam definitio viciosa est si non appareat cuiusnam rei sit.
Ad 1am. Utitur transitione per quam a locis obscuritatis transit ad locos redundantiae. Cap. III.

Quod si plus. Locus 8. A nomine communi. Habet axioma tale. Male assignatur definitio si illi apponatur aliquid eorum quae omnibus insunt qualia sunt transcendentia vel etiam ea quae aeque conveniunt omnibus contentis sub genere definiti. Ro. Talia ri non separant definitum ab his quae sunt diversorum generum vel etiam eiusdem. Exemplum primi. Animal est corpus sensitivum unum existens. hic redundat unum, exemplum 2di. Animal est corpus sensitivum vivens. hic redundat vivens. 8us.

Vel an sit quae. Locus 9. A detractione partis. Axioma est tale. Male assignatur illa definitio in quo detracto aliquo manet integra definitio definiti. Exempla 3. in textu habes. 9us.

Praeterea videndum. Locus 10. A parte definitionis non conveniente omnibus sub definito contentis, et axioma et exempla in textu. clara. 10us.

Rursus videndum. Locus 11 A Tautologia. Axiomate continetur tali. Male assignatur definitio in qua idem repetitur sive illud est manifeste, sive latenter. Ro. quia tales definitiones nugantur. 11us.

Item videndum. Locus 12. Ab additione particulari. Habet axioma tale: male assignantur definitiones in qua praeter vocem universalem ponitur etiam particularis sub universali contenta. Ro. quia et sic fit nugatio. 12us.

CAPUT III.

Aggreditur iam Artes alter genus quaestionum definitionis quo nimirum quaerimus utrum definitio assignata sit definitio seu utrum explicet naturam definiti. Loci huius capitis fl. 31. Tractatus III. cap. IV. Argum. cap.

Ac primum si. Locus 13. A prioribus et notioribus. Locum hunc proponit Artes 2plr hoc est generaliter et specialiter. Generaliter quidem sic. Definitio quae non constat ex prioribus et notioribus non est definitio. Ro. Definitio ri parit cognitionem definiti. Cognitio autem omnis fit per Notiora et Priora. 13us 2plr. proponitur.

et Priora. Deinde si definitio constaret ex non Prioribus et non Notioribus, etiam tum sequeretur unius rei plures esse definitiones, hoc est una quidem esset definitio ex notioribus et prioribus. altera autem ex posterioribus et ignotioribus, quod tamen dicendum nequaquam est, cum unius rei una tantum sit natura ob id etiam una definitio.

Ergo non ex notioribus. Eundem locum proponit speciali-
Axioma loci Specialiter propositi. ter diducens eum in Axiomata specialia 6. quorum duo Prio-
ra respondent iis, quae dicuntur notiora, reliqua quae Priora.

1m. Axioma primum est tale. Definitio quae non constat ex notioribus natura, vel nobis, non est definitio. Statim tamen admonet Aristoteles potiorem multo esse defectum, quae omnino ex notioribus naturâ constat. Nam quae fit ex ignotioribus natura, nobis autem notioribus, illa fit propter imperitos, ob id debeni. Ro. quia omnis bona et vera definitio constat ex genere et differentia. Utrumque autem id et Notius et Prius est quam species definita naturâ. quandoquidem sublato genere et differentia, auferatur species, non contra. Deinde si bonae essent definitiones, ex notioribus nobis, profecto totidem erunt alicuius rei definitiones, quot homines, quum alia sint aliis notiora, obidque aliter atque aliter apud alios oportebit eandem rem definiri, siquidem volumus definitiones facere ex his, quae sunt nobis singulis notiora. Alius. autem est

Axioma 2dm. Etiam a notioribus

2dm. Non est illa definitio dicenda quae fit per incerta et mutabilia, ipso definito certo, et immutabili permanente. E. G. Equus est id quod opponitur non equo (hic res certa, definitur per incertam; incertitudo autem haec orta ex infinitate termini qui ponitur in definitione). Item scientia est habitus longo labore et studio comparatus: hic etiam, res immutabilis definita est per mutabilem, Quod autem vel.

Ad probandum Transit deinceps ad Axiomata ex
Axioma 1m. Prioribus petita. Quae illa sunt. 1m habetur hoc loco ex oppositis desumptum, quod est tale: non est definitio illa in qua

in qua habetur oppositum definiti. Rō. Qa omnis definitio est ex prioribus; opposita autem sunt natura simul. Excipe ab hoc Axiomate opposita Relative. Aliq locus est

Axioma 2dm. Ab eodem: non est definitio illa, si latenter habet in se repetitionem sui definiti. Exemplum habes in textu. Amplius vel. Rursus si definivit. 2dm.

Axioma tertium. Ex contradistinctis in textu clarum. 3tium.

Similiter ~~autē~~ si superius. Axioma 4tm. Ab inferiori seu minus universali. 2dus fiorus est. Locus 14 Ab omisso genere. Praeterea alius. 15. Ab omisso eo in definitione ad quod definitum per se refertur. Et Axioma et exemplum in textu clara. Excipe ab Axiomate ea definita quae ad unum quid referuntur per se ad alterum autem per Accidens. in talibus ni defore ea dunta xat omittenda sunt ad quae refertur per se. 4tm. Cap. V. 14mus. 15mus.

Praeterea ~~peccat~~ non. 16. A Relatione definiti ad deterius. Axioma sit tale. Si definitum aliquod referatur et ad praestantius aliquid et ad deterius, in definitione autem eius id ponatur quod est deterius. non est dicenda talis definitio. E.G. Cum Medicina refertur et ad sanitatem et ad morbum, non debet definiri per morbum sed potius per sanitatem, Rursus an id. 16mus.

Locum a genere non proprio rejicit ad 4tum librum.

Praeterea peccat. Locus 17. A neglecto genere proximo. Quocirca ~~Rursus~~ Affert duos modos definitionum faciendarum primus est per genus proximum et differentiam proximam. alterum per genus remotum et differentias omnes remotas usque ad specificam, seu definito proximam. 17mus. Cap. VI.

Rursus in differentiis. 18 A differentia quemadmodum et ad alii consequentes 19. Praesens locus continetur Axiomate tali: Oratio, quae non continet generis differentiam non est definitio. E.G. Homo est animal contemplativum, Videre etiam 19. 18us. 19mus.

Cuius Axiomata sunt tria. 1m est tale: Non est dicenda illa definitio in qua ponitur differentia quae nullam habet aliam differentiam contra distinctam, Rō. Unum quodque ni genus contradistinctas habet differentias: quarum officium est species 1m Axioma.

sub eodem genere contentas separare. Sic nulla est definitio
hoc. Anima est motus substantialis. Etenim substantiale
non est differentia. per quam motus dividatur ita ut aliam
differentiam habeat contradistinctam ratione ipsius substantialis.

2dm. Aut si sit axioma 2dm: quamvis definitio proposita
habeat differentiam, quae habet aliam contradistinctam, sed non
sub eodem genere contentam, talis definitio nulla est. E.G. Homo
est animal album, Ite si vere axioma 3tium.

3tium. Si definitio habet differentiam quae sub eodem genere habet aliam
differentiam contra distinctam. talem tamen, quae addita suo generi
non constituit speciem seu definitum, non est definitio.
E.G. Homo est animal erectum ubi ratio erectum, habet differentiam
contradistinctam in eodem genere. Videlicet pronum,

20mus. Praeterea peccavit. 20. a differentia per negationem fa-
cta. Continetur axiomate tali: Definitio habens differentiam per
negationem factam nulla est. E.G. Linea est longitudo lati-
tudine carens. Ratio. Talis ni differentia non est differentia:
si ni esset profecto ipsum genus participaret de specie. et de
differentia. quod dicendum non est. Id autem indesequi ita
de uno quoque est vera affirmatio vel negatio: si itaque una
differentia est negatio alterius, E.G. Irrationalis rationalis. profecto
etiam de genere poterit dici: veluti si latitudinem habens
et latitudine carens sunt differentiae longitudinis. cum latitudinem
habere sit affirmatio, cuius autem affirmationis negatio sit latitu-
dine carere necesse est ut alterutra dicatur de genere ha-
bere ut longitudo vel latitudinem habeat. vel eadem latitudine
careat: obidque fiet ut genus sit particeps speciei: nam
linea definitur longitudo carens latitudine. Et superficies
longitudo habens latitudine. Differentiae itaque quae ponuntur
~~quae ponuntur~~ in definitionibus specierum attribuuntur genere
et ex consequenti genus est particeps specierum. sub quibus
differentiis quibus dividitur. quod tamen omnino est falsum

Loco 21.

Transfer. Loq. 21 & Specie pro diffi. 21mo.
Differentia vicem gerendo 22. A Genere pro differentia. Videndo 22do.
Videre etiam. 23. & Differt in genere. Considerando 23tio.
Considerare 24. & Differentia fortuita. Jam si de Genere. 24to.
Praeterea si genus. 25. & Genere subiecto. Habet Axioma tale. 25to.
si in definitione ponitur tale genus de quo praedicatur differentia
vel species. Vel quod speciei subiicitur talis definitio nulla. E.G.
Spongia est animal vivens sensu affixum. Ibi vivens de quo Amphig
animal. Rursus si. Loq 26. & Genere quod et de Differentia 26to.
rentia in definitione ponitur. Habet Axioma tale: Definitio est nulla Ibr. 27to.
in qua genus praedicatur de differentia. Ibr. 27tr. primo: si in
genus praedicetur de differentia. E.G. Animal de rationali. Ipsorum 1mo
multa animalia praedicarentur de homine. tot essent species
animalis differentiis quae praedicantur de homine: Et mihi si
vocale. Et animal et mortale est animal. iam tria sunt anima-
lia quae sunt de Joe. minime ipsum Animal genus deinde
animal mortale. tandem animal vocale. Vide: Si genus praed. 2do.
caretur de differentia ipsorum differentia. Vel esset species vel in-
dividuum generis; quibus utrumque falsum est. Ibr Corollario.
ga sub genere nihil est aliud nisi species et individua.
Similiter etiam. 27. & Specie Velcham eo quod est sub Similiter 27to.
genere. et Ibr de differentia. Axioma est tale. Si in aliqua
definitione ponitur differentia talis de qua species aut contentus sub
genere praedicatur, definitio est nulla. Illud etiam Vide Cor.
Porro videre 28. & Unioni Habet Axioma tale. 28vo.
Si differentia in definitione ponitur potentior specie. definitio nulla,
Vide. in textu etiam. Et non impossibile. 29 & Differentia duorum Illud etiam
generum non subalternorum est Axioma tale. Unde in definitione 29no.
ponitur differentia quae etiam alteri generi praeterquam ei quod
ponitur in definitione. ita definiatur ut illa genera subalterna
minime sint. tum non est definitio. Deinde differentia generis
non subalternorum illorum quae possunt referri ad unum commune
genus. Pater etiam non Deest genus genus non possit Illud etiam
inferri ex differentia tum est genus differentia ab omnibus generibus Videndo 30mo
contineatur. Videre etiam. 30. Ex differentia a loco sumpta.
clong in textu.

Item Videndo

31mg. Item videndum est. 31. A Perturbatione loco diffa in definoe posita. Axioma habet tale. Si prol diffa in definitione ponatur perturbatio aliqua, tum definitio nulla. Rō. Perturbationes ri mutant rem in quam cadunt, iam definitio conseruat eandem.

32dg. Peccauit etiam. 32 A Relatiuis. Nulla est definitio illa, in qua genus quidem est Relatiuum diffa, vero minime. et Rō. et Exemplum in textu clara.

33tig. Considerare etiam. 33. Ex eo quod ad alia quidem per se ad alia vero per accidens refertur. Continetur Axiomate eiusmodi. Nulla est illa definitio, in qua tale quid ponitur ad quod definitum refertur ex Accidenti. Exemplum habes in textu.

34tg. Praeterea videndum 34. Ab eo, ad quod res primo refertur Axioma est tale. Quando in definitione aliqua ponitur id quod non primo conuenit definito sed secundario, talis definitio nulla.

35tg. Praeterea peccauit 35. A Subiecto natura. Ab Axioma tale: Si id cuius affectio vel dispositio esse dr res quae definitur, non recipiat eam affectionem. tum definitio est nulla. Rō. Omnis ri affectio suapte natura pt inesse subiecto suo. Exempla vide in textu.

36tg. Praeterea scdm omnia. 36. A Tempore. Axioma eius tale est. quod certo tm tpe inesse alicui dr, id non potest esse diffa. ob idque idipsum nullam facit definitionem Ratio. ea ut differentia ita definō. omni tpe conuenit definito.

Cap VII. 37mg. Considerandum etiam est. 37. A Comparatione propositae definitionis cum alia meliore, rōe eiusdem definiti. Ab Axioma tale: Si rei propositae pt dari alia melior definitio, quam haec quae e proposita. tum definō proposita non e definitio.

38ug. Praeterea videndum. 38. Ab eo quod intenditur et remittitur, habet Axioma tale si definitum intenditur et remittitur definō aut minime vel etiam contra. definitio est nulla. Rō. Definitio ri et definitum idem sunt. ob idque intensionem aut remissionem vnius sequitur intentio aut remissio alterius.

Praeterea

Praeterea an recipiant. 39 Ab intensione et remissione non simul 39.
suscepta. Hic axioma tale. Si et definitum et definitio in-
tenduntur aut remittuntur non tamen simul. Definitio nulla
ratio eadem quae prioris fuit. Praeterea an duobus 40. 40mus.
A collatione definitionis cum definito, ratione praedicationis de iis
quae sibi subsunt. Habet axioma tale. Si definitum de ali-
quo dicitur magis, de quo definitio dicitur minus vel etiam contra, definitio
nulla est. Et ratio et exemplum in textu clara.

Rursus an alterum. 41. Ab eo quod similiter conve- 41mus.
nit aliquibus duobus vel etiam pluribus. Hic axioma tale. Si defini-
tum aeque convenit aliquibus duobus quibus tamen definitio non aeque con-
venit vel etiam contra. tum definitio nulla. E.G. Cum aeque dicitur
de flamma, atque pruna; Corpus autem comburens, non aeque de
iisdem dicitur, profecto ignis non est definitio ut sit corpus comburens.
Praeterea an ad duo 42. Ex eo quod ad plura refertur cum Item. 42dus.
disiunctione, continetur axiomate tali. Definitio nulla est cuius par-
tes plures per disiunctionem accomodantur definito. E.G. Pul-
chrum est quod oculos vel aures demulcet. Ratio. Ex tali ni de-
finitione sequitur utramque contradictionis partem esse veram
hoc est idem esse pulchrum et non pulchrum. id probatur. Si
ni pulchrum est quod oculos vel aures demulcet. Ergo utrumque
illorum erit idem pulchrum. Sicque idem est pulchrum et
aures demulcens. Cum autem opposita eadem sunt eorum
quae sunt idem, profecto idem erit non pulchrum, et non
demulcens aures. iam quia potest esse aliquid demulcens oculos
et non demulcens aures, certe idem erit pulchrum et non
pulchrum. pulchrum quidem quatenus demulcet oculos.
non pulchrum autem, quatenus non demulcet aures: et
sic contradictoria erunt simul vera.
Praeterea generum. 43. A definitione partium defi- 43tius.
nitionis. Hic axioma tale. Si definitio generis in definitione
positi vel etiam ipsius differentiae non convenit definito. definitio
nulla. Ratio. Quia quae praedicantur de definitione. eadem de
definito debent praedicari

Sic definitio.

Sic definō nulla ē hæc. Planta ē al̄ terræ affixum

Cap. VIII. CAPVT IV.

Habet locos quindecim. Si vero id quod. 44

44 Ex neglecto eo ad quod definitum refertur. Axioma hic tale. Si definitum est relatum. in definitione autē eius omittitur suum correlativum tum definitio est nulla. Rō. Cum n̄ relatorum ea sit essentia. Ut ad alter referantur, certe unum debet definire alterum. Videndū est etiam 45

45tus Ab omissione finis in definitione. Axioma eius tale. Si definitio non comprehendat finem definiti definitio est mala. Rō. Finis n̄ est quoddam optimum, cum eius gratia cætera fiant. Exemplū in textu. Considerare etiam. 46

46tus Ab ortu seu generatione et actione pro fine positis. Ex. mala ē definō in qua loco finis ponitur ortus seu generatio rei vel etiā actio. Rō. Suapte n̄ nta distinguuntur finis et quæ sunt ad finem. Sic mala est. definō hæc. albū est corpus quod ad albedinem non movetur et a nigredine discedit seu a non albedine

47mus Item in quibusdam. 47. Ex neglectis circumstantijs in definitione. Abt axioma tale. Si circumstantiæ secundum quas aliquid de aliquo dr̄ in definōe omittantur. tum definitio nulla. Exempla vide in textu multa.

48us Item in appetitionibus. 48. Ab omissione eius quod dr̄ apparens

49us Nota. hunc locum convenire ijs definibus. in quibus loco generis ponitur appetitio. Præterea si habitus. 49 Ex Concretis

Cap. IX. et Abstractis Axioma. Concreti et abstracti par est rō. adeō ut definō unius ministret definitionem alterius. Ad hūc locum revocat Artes Contraria et Coniugata quandoquidē et contrariorū definitiones et coniugatorū ita habent, ut unius contrarij definitio, ministret definitionem alterius. quod idem dicendū de coniugatis.

40mus Præterea in ijs 40 Ab eo ad quod genus vel species refertur seu unde vel particulare. Axioma te continetur tali. Si genus refertur ad id in definitione, ad quod non refert

non refertur species, profecto mala definitio.
Videre etiam. 51. Ex oppositis relative. Axioma hic tale. 51mus
si definitio unius relativi non est opposita definitioni sui correl-
lativi, tum definitio nulla. Exempla in textu. 52 et 53tus
Eadem est ratio. 52. Ex contrarijs. Quoniam autem. 53.
Ex definitione petita ex eo quod est oppositum privative.
Privative oppositum hoc loco intelligo illud cui adiecta
est particula in, quae significat privationem sui oppo-
siti. E.G. Iniustus, inimicum. ꝛc. Axioma. Contrarium
per privationem positum, debet definiri per suum oppositum
alias nulla definitio; Contrarium autem non per privationem
quod tamen est oppositum contrario per privationem non debet de-
finiri per illud ipsum, alias etiam nulla definitio.
E.G. Inaequale, debet definiri per aequale non contra.
Rationes Axiomatos duae sunt. 1ma. Privatio ni non parit
cognitionem habitus; habitus autem cognitionem privationis parit.
Ratio 2da. Si ni contrarium per privationem ponatur
in definitione contrarij sine privatione, profecto idem defi-
nietur per idem: quod patet si loco nominis in definitione
positi accipiatur sua definitio. E.G. Si dicatur ae-
qualitas esse id quod est contrarium inaequalitati.
Accipe loco inaequalitatis definitionem suam, nimirum id quod
est privatio aequalitatis: atque sic iam aequalitas, priva-
tioni aequalitatis erit contraria, sicque idem definitur
per idem. Quod si. Loco 54. Ex eo quod non privative est 54tus
oppositum. Ax. Si in definitione contrarij non privative oppositi poni-
tur contrarium, nulla est definitio. Ratio. Eadem est huius Axiomatis
quae fuit posterior axiomatis proxime praecedentis nimirum quod nisi
id esset, tum idem definiretur per seipsum: Si etenim definias
bonum, quod sit id quod est contrarium malo. Si loco tamen malum
accipias eius definitionem, nimirum quod est contrarium bono,
profecto bonum erit contrarium contrario boni; et sic idem bonum
sumetur in definitione sui.

Praeterea videndum

55tg. Præterea videndum. 55. Ab omissione eius cuius est Privatio vel etiam ab omissione subiecti quod privatur. Continetur Axiomate tali: In definitione Privationis alicuius, si negligatur habitus vel forma, cui opponitur illa Privatio, non assignetur ipsum subiectum privatum, cui scilicet ut natura apto ad suscipiendam formam inest privatio, profecto talis definitio nulla est. Exemplum habes in textu, ubi per Ignorationem intellige eam quæ dicitur pravæ dispositionis

56tg. Videre etiam. 56. A Privatione. Habet Axioma tale. Quando res aliqua nullam Privationem significans, definitur per ea quæ privationem significant, mala fit definitio. Exemplum habes in textu in quo per Ignorationem intellige eam quæ est puræ negationis, talis ni nullam negationem scientiæ scilicet ut clarum est ex primo libro posteriorum analyticorum.

57mg. Præterea videndum. 57. A Coniugatis, clarus in textu

Cap. X. 58ug. Considerandum etiam. 58. Ab Ideis Habet Axioma tale. Si definitio rei sensibilis non convenit Ideæ eiusdem, male assignatur. Sic quoniam Ideæ hominis non convenit definitio hæc, nimirum animal rationale mortale. (cum ideæ sint perpetuæ) profecto ipsi homini male ascribitur.

CAPUT V.

59ng. Habet Locos duodecim Præterea in iis. 59. Ab Homonymia Continetur Axiomate tali. Si definitio accomodetur alicui homonymo nulla est. Ratio quia una definitio synonimis tantum accomodatur.

60mg. cap. XI. Sin autem. 60 A definitione complexi complexum hoc locum intellige definitum eiusmodi quod componitur ex pluribus vocibus diversa sectantibus E. G. Linea finita, recta, est definitum complexum. Continetur Locus hic Axiomate tali. Si a definitione alicuius complexi tota, auferatur id, quod partis definiti sit proprium, reliquum autem definitionis non sit proprium reliquæ partis definiti, tum definitio nulla. Exemplum habes in textu.

61mg. Præterea vide. 61. A paribus membris definiti et definitionis Axioma

Axioma hit tale. Quando definio totidem vocibus absolutur quot etiam ipsum definitum tum nulla definitio. R. Tales ni defi: nitiones nihil in se aliud hnt quam commutationem nominum definiti. iam commutatio non explicat essentiam rei, ob idque defectum nullam facit. Sic definio hæc nulla est: Vestis nigra est tunica atra. Præterea gravius. 62. 62dus.

A commutatione definiti in obscuriora nomina. Et Axioma et exemplum in textu clarum. Videndum est etiam. 63. 63tius.

A commutatione definiti in eam quæ non idem significant. 64tus.

Præterea videndum. 64. A commutatione generis non autem differentiæ. Axioma hit tale. In definitione rei complexæ seu constantis ex genere et differentia. Si genus ipsum mutetur differentia vero servetur. tum definitio nulla. R. Ea differentia est ignotior genus notius. ob idque differentia notius mutanda est quam genus. Sic mala est definio hæc. Scientia contemplans est habitus contemplans. quanquam interdum et genus commutandum est. si nomine obscuriore sciretur. Si vero differentiæ. 65. 56tus.

A differentia communiore quam est definitum. Axioma eius tale. Si differentia in definitione posita communior est definito. tum definitio nulla. Exemplum in textu clarum. 66tus

Rursus si id. 66. Ex eo quod non est. Ex quod falsum est. cap. XII.

Hæc Axioma tale. Si definitio est non ens, definitum autem ens definitio nulla. E. G. Hæc definitio non potest convenire albo. nimirum Color cum igne permixtus. quia est non ens: nam Color cum sit corporis expers nullam potest suscipere missionem cum corpore nimirum igne, qui ergo dicit Colorem misceri cum igne, non ens dicit, cum talis mixtio nequaquam fieri possit. iam ipsum album est ens.

Præterea quoque in ijs. 67. A obiecto, seu subiecto. Ad quod refertur definitum. Hæc Axioma tale: nullæ sunt definitiones in quibus non ponitur id ad quod determinate refertur definitum aut si ponitur, illud certe communius est definito. Si primum membrum huius Axiomatis spectes, tum omnino nullæ fiunt definitiones: E. G. Medicina est scientia quantitatum, ubi omnino non ponitur in definitione id ad quod Medicina refertur ob id etiam. 67mus

ob id etiam definio nulla. Rursus si membra axiomatis alterius spectes tum non omnino nullae fiunt definiones sed aliqua ex parte duntaxat. E. G. Medicina est scientia Entis: in qua definitione ponitur Ens: ad quod ex aliqua parte refertur medicina quatenus Corpus aegrum vel sanitas ad quae per se refertur medicina comprehenduntur

68ug. sub Ente. Interdum vero. 68 Ex definitione eius quod dr in suo genere vel in specie perfectum. Habet axioma tale. Quando definio rei absolutae et simpliciter se habentis adfertur talis quae perfectae tm rei, contentae videlicet sub ea quae simpliciter dr convenit, tum nulla est. Exempla vide in textu

69ng. Item peccavit. 69. Ab eo quod est expetendum per se vel propter aliud axioma habet tale. Definitio illa nulla est, in quam id quod e expetendum per se, definitur per ea, quae sunt expetenda propter aliud Exemplum in textu.

Occupatio. Anguinhil vetat. Poterat quispiam dicere contra axioma proximum quod id sit interdum expetendum per se et expetendum propter aliud. Utcom stat in prudentia. quae dr expetenda per se. quatenus e perfectio intellectus practici eadem dr expetenda propter aliud. quatenus moderatur actiones humanas. et virtutes moris: sic itaque prudentia utrimodo potest definiri. et per ea videlicet quae sunt propter se. et per ea quae propter aliud. Rndet Phus.

Solutio. Quod quamvis interdum idem possit esse et propter se expetendum et propter aliud. illud tm debere definiri per id quod praestantius e. hoc e. per id quod e per se.

CAPUT VI.

cap XIII. 70mg Habet locos quindecim. Considerare etiam. Locus 70. Continetur axiomate eiusmodi: Definitio nulla est quae dicit definitum, esse hoc et illud item definitio nulla, quae dicit definitum esse ex his constans: ad extremum definitio nulla. quae dicit definitum esse hoc cum illo. Exemplum

Exemplum primi. Justitia est temperata et fortitudo.
Exempla Ref: Homo est et animo et corpore constans. Exemplis
Ofi: Homo est corpus cum anima. Notes autem duo membra pro-
batoria huius Axiomatis rejo ab Ante in inferiorem locum.
cum alios locos constituant. Primum tm hic adhibetur cum
sua probatione et exempla ita Ut loci septuaginta hoc tm Axioma:
te comprehendatur: Scientia nulla est. quae dicit scientiam
esse hoc et illud. nam si dixerit. Probat Axioma Ofi.
Ofi: si septuagesimi in hypothesi tumeas scientiam hanc Justitia
est fortitudo et temperantia: ex hac scientia concessa
sequitur esse confirmatam Axioma. Omnis probationis forma talis
est: si adducta singula scientia vera sunt bona tum Justitia
quoque, et ineset sit non ineset fortitudini et temperantiae.
falsum hoc: Ergo et illud. Per Consequentia praemittatur E.g. Consequentia
duo homines et ego Ang quod sit temperans et non fortis alter
vero fortis et non temperans: Uterque hic habebit Justitiam
et fortitudinem. Justitia et de temperantia et de fortitudine Ofi: neuter
horum habebit eorum Justitiam, ga neuter habet temperantiam
non fortitudinem simul. Ang autem obiicias nihil mirabere
duo ab ego habeant quod neuter habet absolute E.g. sphaeram
duo homines quorum uterque habeat dimidiam minam separatim,
quum ambo habebunt minam, ita Ut neuter habeat integram
uterque tamen plus. Alter deductione ad impossibile sic.
Hoc ergo sequitur contraria esse inesse simul. quod falsum est
Per Consequentia: nam si Justitia est fortitudo et tem-
perantia, certe iniustitia erit intemperantia et timiditas.
Supponatur ergo duo homines, quorum Ang sit temperans et
timidus alter fortis et intemperans, ambo isti et justi et iniusti
erunt simul: quod quia est. ga hic habet temperantiam et fortitu-
dinem, iniusti tamen ga hic intemperantiam et timiditatem.
Quod si rem. Resumit membrum Axm. Loci primi pro: Membra Axi
ostendis quod rursum discerpit in locos 8. quos sortine sequens sunt 8.
Ubi debemus: Ang omnium positum hic in ordine 71. qui constituit Loci. Ang
Axiomata tab: quando scientia erit scientiarum comparare et aliqua Axm.
quae non faciunt.

quæ non faciunt definitum unum. talis definitio nulla.

72dg. ~~Cum~~ Videmus. 72. Cuius Axioma tale: Definito existente in aliquo subiecto primo cum interim partes definitionis, ex quibus dr constare definitum, existant in subiectis diversis: vel eadem partes existant quidem in uno subiecto, quod tamen diversum est a subiecto definiti, tum definitio est nulla. Exemplum primi, Prudentia est id quod constat ex temperantia et fortitudine: nam Prudentia existit primo in parte animæ rationali: fortitudo autem in irascibili, temperantia in concupiscibili. Exemplum 2di. Prudentia est id, quod constat ex amore et continentia: quamvis ri continentia et amor sint in concupiscibili: hoc est in uno subiecto, non tamen in eodem, in quo ipsum definitum, nimirum Prudentia. cum illa sit in rationali.

73tig. Rursus an. 73. Axioma habet tale. Si partes definitionis ex quibus dr definitum constare. destruuntur ad destructionem totius seu definiti. talis definitio nulla. E. G. Corpus est id, quod constat ex superficiebus, ubi sublato corpore, sequitur interitus superficierum tanquam accidentium.

74tg Vel an totum. 74. Cuius Axiomata definito existente in bonis vel etiam in malis, partibus autem definitionis ex quibus dr definitum constare, neque in bonis, neque in malis existentibus. vel etiam contra. tum nulla est definitio. Ro in textu clara.

75tg. Vel an alterum. 75. Axioma habet tale: si partes definitionis ita se habeant ut una earum sit magis bona, quam altera mala. ipsum autem definitum non sit magis bonum quam malum. tum definitio nulla. Exemplum in textu.

76tg Rursus videndum. 76. Cuius Axioma tale. Quando duæ partes definitionis ex quibus dr constare definitum, ita se habent ut una earum sit melior. et alia deterior seu minus bona, ipsum autem definitum non sit melius parte deteriore, neque deterius parte meliore, tum definitio nulla. Ro. sumitur ex oppositis semper ri definitum in vera definitione melius est parte deteriore definitionis et deterius meliore. E. G. Electrum est id quod constat ex auro et argento: ubi Electrum melius est argento.

argento. deterius autem auro. Praeterea videndum 77. 77mus.
Ad Synonimia. Ad Axioma tale si Definitum est Synonimum cum Definitione. Vel etiam cum alterutra parte definitionis nulla est. Praeterea an non. 78. Cuius Axioma tale. 78us.
Nulla est definitio, in qua dr definitum, ex aliquibus esse compositum modus tamen compositionis omittitur. Rō et exemplum in textu clara.
Sin autem esse. Resumit deinceps membrum ipsius loci 20. quod primo repetit: deinde docet rōem eius evertendi eandem esse quae fuit definitionum iuxta primum membrum et secundum eiusdem loci 20mi traditarum: Ad extremum proponit novum locum unicum, qui ad idem membrum refertur. est ipse ille in ordine 29. Cuius Axioma tale. Vel potius praeceptum: Definitio quae dicit definitum esse hoc cum illo, ostendetur esse nulla. si decursis omnibus modis aliquibus aliquid pt dici esse hoc cum illo (nimirum vel in eodem subiecto, vel in loco, vel in tempore) demonstretur nullum modum dari secundum quem definitio proposita sit intelligenda. Praeterea dissing. 29us.
Admonet nos Philos. Ut si aliqua de praehendantur esse in eodem tpe ostendamus illa non ad unum referri sed ad diversa: Vel si ad idem referantur tum talia illa esse ut definito convenire nequeant. E.G. Si definiatur fortitudo quod sit audacia cum recta intelligentia: definō est mala qa pt aliquis simul habere audaciam et rectam intelligentiam respectu diversarum rerum. E.G. Audaciam pt habere rōe spoliandi, rectam vero intelligentiam rōe rerum salubrium. Cap. XIV.
Rursus si totum. 80. Ad Compositione habet Axioma tale. 80mus
nulla est definitio. quae dicit definitum esse compositionem partium ut animal est compositio animae et corporis. Rō. quod n. compositum est ex aliquibus illud non pt dici eorundem compositio compositionis n. contraria dissolutio. Composito autem nihil est contrarium siquidem compositum non est ipsa compositio et ex consequenti, quando compositum per compositionem definitur nulla fit definitio.
Praeterea si 81. Ad eo. quod pari rōe recipit contraria. 81mus
continetur

Continetur Axiom. tali. Si definitum aptum natum sit natura recipere duo contraria; definitio tamen eius unum saltem contrarium habet, tum definitio nulla. E. G. Anima est substantia, apta nata ad scientiam capessendam. Definitio nulla, quia eadem anima etiam ad ignorationem est apta nata. Rs. Si n. tales definitiones essent bonae perfecto unius rei essent plures definitiones. quod absurdum est. Probatur consequentia: si n. per unum contrarium recte definitur aliquod definitum. idipsum etiam per alterum contrarium recte definietur: quandoquidem ad utrumque contrarium ita se habet definitum. Ut utriusque pari ratione sit naturâ capax.

82 dg. Quod si cui. 82. A parte definitionis. Habet Axioma tale. Si evertatur aliqua pars definitionis tum definitio tota nulla.

83 tg. Et quaecunque sunt obscurae 83. Ab obscuritate definitionis eiusdemque interpretatione, cuius Axioma est nullum. sed tamen praeceptum tale: si definitio ita sit obscura. Ut difficilis oppugnatu videatur, tum danda est opera. Ut definitionis obscurae expositio adferatur, sive ab interrogante, sive a Respondente. Etenim sublata obscuritate paratiores erimus ad evertendam propositam rationem.

84 tg. Praeterea quemadm. 84. Ab alia definitione meliore. Hic per similitudinem proponitur ab Aristotele. idemque est fere cum loco 37. Similitudo in textu clara.

Ad omnes autem. Sub finem libri docet. disputaturo contra aliquam definitionem propositam plurimam conducere si ipse aliam rei propositae definitionem veriorem et exactiorem habeat, sic n. habiturus est grandem argumentorum copiam dum ex sua definitione perfecta, poterit clare perspicere quid desit definitioni propositae.

JX LIBRI M.

7m.

IN LIBRVM ARISTOTELIS.

Topicorum Septimum Notae.

Tria sunt in hoc libro. Primo ri exponitur ratio quaestionis de eodem et diverso quod scilicet evertatur aut confirmetur, id praestat Arles locis 16. 2do traditur ratio confirmandae et evertendae quaestionis definitionum, id praestabit locis 2. Tertio adfertur collatio quaestionum omnium ratione facilitatis aut difficultatis in confirmandis et evertendis ijsdem. Argum libri.

CAPVT I.

Habetur primo hoc capite prima pars libri, in primis autem affertur propositio dicendorum. deinceps loci 16. quibus probamus aliquid cum aliquo esse idem vel etiam ab aliquo diversum. Argum cap.

Utrum propositio dicendorum in hac simul exponit quidnam sit idem vel etiam diversum, quod acturus est hoc capite.

Considerare autem Locus. 1mus. A Coniugatis habet axioma tale. 1mus locus

Si unum coniugatum idem fuerit cum aliquo, etiam alterum coniugatum erit idem cum coniugato illius cum quo prius coniugatum idem fuit; alias non erunt idem, vel sic si subiecti coniugatum est idem cum coniugato attributi certe idem subiectum est idem cum attributo E. G. Si iustitia et fortitudo idem sunt etiam iuste et fortiter idem sunt, contra si iustitia et fortitudo non sunt idem neque iuste et fortiter erunt idem.

Similis ratio est. 2dus ab oppositis. Axioma habet tale. 2dus.

Si oppositum subiecti, est idem cum opposito attributi, etiam subiectum idem erit cum attributo. Contra. Si oppositum subiecti non fuerit idem cum opposito attributi, neque subiectum et attributum erunt idem.

Rursus ex ij. 3tius. Ex ortu et interitu, efficientibus 3tius.

item ac interimentibus, habet axioma tale: quae sunt simpliciter eadem (hoc est numero) eorum idem est ortus et interitus praeterea eadem causa efficiens et interimens; contra quae sunt diversa simpliciter, eorum non est idem ortus nec interitus nec

causa interimens

4tus. causa interimet aut efficiens eadem. Considerare 4tus
Ab attributo per superlativum gradum expresso Axioma ipsius
tale: quibus idem attributum per gradum superlativum expressum
convenit, illa sunt idem, Axioma hoc illustrat exemplo
beatae vitae et rectae secundum sententiam Xenocratis. Sic
ni beata vita et recta sunt idem, cum utrique conveniat
attributum gradus superlativi, nimirum, omnium maxime expeti:
quod tamen exemplum mox refutabit. Oportet autem
quorum unum ab altero continetur talia ni non possunt
Exceptio. esse dici idem. quamvis eis idem gradus superlativus
conveniat. Id declarat exemplo Peloponesiorum et
Lacedaemoniorum, quibus quamvis idem gradus superlativus
conveniat, nimirum. quod quemadm. Peloponesii. ita et La-
cedemonii fuerint omnium Graecorum fortissimi; tamen. Pelo-
ponesii cum Lacedemoniis non possunt esse idem: siquidem
Lacedemonii continentur a Peloponesiis.
Proinde ne. Refutat exemplum adductum ex sententia
Vita recta cum beata non sunt idem. Xenocratis. Beatus vitam beatam et rectam nequaquam
posse dici idem: cum vita beata, contineatur sub vita recta.
nam ex Aristotelis sententia primo Aethicorum omnis vir beatus
est rectus non contra: siquidem inter beatum et miserum
datur medium. nec beatum nec miserum: tamen ni Aristoteles
tribuit rectitudini aut probitati, ut illa impediat quo-
minus sit aliquis miser: sicque vita recta secundum Aristotelem di-
viditur in eam quae beata est. et quae nec beata nec
misera. Item considerare 5tus Comparatione duorum
5tus. cum 3tio Axioma habet tale. Propositis duobus aliquibus
si unum eorum est idem cum 3tio aliquo, alterum autem non est
idem cum eodem tertio, duo illa non possunt esse idem.
6tus. Praeterea considerare. Textus et subiectis et adiunctis sen-
tentiis. Axioma tale. Erunt aliqua duo idem, si
eadem adiuncta accipiant. non erunt. si non eadem recipiant.

Videre etiam

Videre etiam. 7mg. ℞ Categoria dang in textu. 7mg

Rursus arg. 8ug ℞ Genere diuerso. 8ug.

Vel an. idem. quia. 9ng ℞ differentijs diuersis. 9ng.

Preterea quod. 10mg. ℞ interpone et remotione. 10mo

Vlt. Lioma tale. ℞ duobus subiectis propositis. di-
mus intendatur et remittatur alterum eorum: Vel etiam
si vtrumq; eorum remittatur et intendatur, ea non simul
illa non possunt consistere eadem. Vel. Cum in omnino eadem
sint illa omnino eadem res, subeunt: ob id q; omnia interpo-
ut remissio, augmentationis aut remissionis alterius

Obiecta et adiectione. 11mg ℞ Adiunctione. Vlt. Lioma tale. 11mo.
Eo nq; sunt illa esse idem quia si abstrahantur ab eis, tertia aut
eorum illud quia non fuerunt, idem: sic vale et bonus non
sunt idem, qa hic vocis et nomen bonus non est idem.

Vel. Eadem. 12mg ℞ abstractione. Vlt. Lioma tale. 12mo.

Eadem nq; a duobus subiectis separatum nihilominus id quod
aequum est non remanet idem illa certe non possunt esse idem
exemplum in textu. Conseruare autem. 13. ℞ suppositione. 13mo
Vt non tam axiomata quam praecepta continetur. Licet Aristo
Alexander Aphrodiseus ita tradidit. Animadvertendum est.
non tm nisi his de quibus agitur, satis ne manifeste ex
aequalitatibus aliquod absurdum. E.g. Si quis hypothesin
liberalitatem idem esse dicat manifeste sequitur absurd
ea. Verum est et sibimet esse idem. Quae autem sibi
sunt. quisq; eadem illa de dicent. Caeterum certe illa
diuersa non tm sunt ex his de quibus dubitat. Se
etiam si quid praeterea ponatur, sine demonstratione sine falsis
sine possibile sine non. Multa nihilominus ex hypo-
thesi demonstrantur. Num de eo quaeri. si ipso aliquid quod
ne non possit contingere. Sic qui negant esse dei illa
de quibus agitur. E.g. Si nomen inane et plenum aere
eadem esse. Si postea singula deum ex loco in quo erat
extendere, iam praecedens non posse esse idem inane
aere plenum: Si quidem ambo per hypothesin aere ina-
nis loco remanet. plenum autem aere non amplius remanet.

Vt autem Aristoteles

14mg. Ut autē Universaliter 14mg. Ex subiectis et prædicatis diversis Axioma est tale: Illa non sunt idem. de quibus eadem non prædicantur et quæ non de ijsdem prædicantur, sic homo et Equus non sunt idem. quia ~~[illegible]~~ de hoc roale prædicetur. idipsum de Equo prædicari non potest. similiter bipes et quadrupes non sunt idem. quia cum bipes prædicetur de hoc. idipsum quadrupes non dr de eodem. Præterea quia multis modis.

15mg. Locus 15. a divisione eiusdem. Habet Axioma tale, Quod alio modo (nimirum genere aut specie) est idem, illud non est dicendum numero esse idem. Sic Artes et Plato cum sint specie idem. non sunt numero idem.

16mg. Præterea an possit. Locus 16. Ex Separatione Unius ab altero. Axioma tale. Non sunt illa omnino idem, quorum Uno amoto remanet alterum.

CAPUT II.

argtm cap.

Pars lib. 2da. Partes cap. præcipuæ sunt duæ.

In prima docetur. Quæstiones definitionum posse everti ex locis servientibus quæstionibus Eiusdem et diversi. de quibus cap. 1mo actum est. In 2da adferuntur loci septem. qui ministrant argumenta confirmandarum definitionum. Patet autem ex his Pars cap. prima.

Cuius sensus hic est: ex quibus locis evertebatur quæstio Eiusdem et diversi, ex ijsdem petitur eversio quæstionis definitionum. Ratio. Nisi ni definitum et definitio sint idem non est definitio. Ex quibus autem locis sumebatur confirmatio eiusdem et diversi, ex ijs non potest sumi confirmatio quæstionis definitionum. Huius rei ratio in textu clara.

Eorum autē locorum Pars cap. 2da.

In hac primo admonet paucos esse, qui disputando confirment definitiones, Præterea, quia definitiones obtinent vim principiorum, quæ confirmationē nullam requirunt

Admonet

Admonet deinde ad alium artificem pertinere, quo pacto definitiones sint instituendae, simulque ostendere quid sit definitio, puta ad Demonstratorem, vel Metaphisicum. Admonitiones hae horsum vergunt, ut nimirum nulli pateat occasio refutandae doctrinae Aristotelis de ratione confirmandarum definitionum. Etenim (ut ipse inferius statim admonet) ratio confirmandarum definitionum non alia eo loco adducenda est praeterquam, quae fit per ratiocinationem nos dialecticam vocamus. Est autem dialectica probatio definitionis alicuius, quae fit per definitionem definitionis. Definitio autem definitionis haec est. Definitio est oratio, quae explicat quid sit res. Omnes ergo loci confirmandarum definitionum referendi erunt ad probationem dialecticam non autem analyticam.

Observa.

Cap. III.

Definitio definitionis quid.

Considerandum ri. Locus primus ex oppositis. Habet axioma tale: Si id quod est oppositum definitum ita se habet, ut eius definitio sit opposita definitioni ipsius definiti, tum definitio est bona. E. G. Omnis nigredinis definitio nimirum quod sit color congregans visum, est contraria definitio albedinis nimirum quod sit color dissipans visum, definitioque nigredinis est vera. Perfecto etiam definitio albedinis est vera.

1mus locus

Per partes autem. 2dus ex contrarijs. Eius axioma tale. Quandoquidem contraria pluribus modis inter se coniunguntur (ut patet ex cap. 3. lib. 2di Topicorum) illa definitio erit unius contrariorum, quae maxime est contraria.

2dus.

An non necesse. 3tius ex genere contrarij.

3tius.

At certe hoc. 4tus ex differentia contrarij.

4tus.

At praeterea ducenda. 5tus. Ex coniugatis vel casibus. Axioma tale. Si coniugatum generis in definitione positi est genus coniugati ipsius definiti: similiter si coniugatum differentiae in definitione positae est differentia coniugati ipsius definiti. Perfecto recte est assignatum genus propositum et differentia similiter sicque optime confirmabitur definitio proposita.

5tus

Ex ijs quoque orgui. 6tus ex simili. Et axioma et exemplum in textu clarissima.

6tus.

Praeterea ducenda

7mus. Cap. IV. Praeterea ducenda 7mus. Ex Comparatis ijsdemq. ma-
ioribus minoribus et similibus seu paribus. Maxime. Sub fine capitis
admonet eos locos praecipue in promptu esse habendos qui
Utilissimi et maxime Universales sunt: quandoquidem tales valeant
vel ad omnes vel ad plurimas saltem quaestiones disputandas. Tales autem locos hic esse dicit. hoc capite et pro-
sitos praeterea a Simili, a Comparatis, a Coniugatis, a
Singularibus (hoc est per Inductionem) ab Idaeis, a Metaphora
ab eodem et diverso.

CAPUT III.

cap. V. Argum. cap. Pars libri 3tia. In hac ostenditur quae nam quaestiones faciliores
sint ad evertendum et confirmandum, quae vero difficiliores. membra
capitis sunt 6. in quorum primis tribus conferuntur quaestiones ipsae
inter se. E.G. quaestionum definitionum cum seipsis, Accidentium
etiam cum seipsis &c: in alijs tribus posterioribus conferuntur quae-
stiones, cum alijs quaestionibus. E.G. quaestio definitionis cum quaestione
generis, proprij et accidentis, quaestio item Proprij, cum quaestione
Generis et accidentis. Difficilius autem. Membrum cap. 1m
in quo comparat quaestionem defois cum seipsa. S.E. quaestio
definitionis, seu definitio facilius evertitur: difficilius vero confir-
matur: Ro huius doctrinae adfertur duplex. 1ma est haec.
Ad confirmandam ri definitionem sumenda est plurima, videlicet
ostendendum est. quod in eo sit genus, et differentia, quandoquidem in quo
est enunciatur de definito, et alia eiusmodi. Ut constat ex 6to
et 2mo Topic. Ad evertendum autem sumenda est pauca, imo
si unum saltem aliquid in defoe evertatur, ruit tota defo-
2da. Altera ro. qa in confirmanda defoe ostendendum est eam in-
toti definito et quid reciprocetur cum eodem: in evertendo autem
satis est ostendere, quod alicui tm non insit, vel quamvis toti
insit, certe non soli. Similis est et Proprij. Membrum 2dum
In quo docet eandem esse roem quaestionum Generis et Proprij
quae fuit etiam definitionum: nimirum quod quaestiones Pro-
prij et Generis facilius evertantur. difficilius autem confirmentur
quod Proprij quaestiones ita se habeant. docet Aristoteles
liquere

Definitio facile evertitur. difficile confirmatur. Ro. 1ma

bigner ex iis gñib⁹ quæ primo membro allata sunt.
ob⁹ inde petendi erunt. Quod Deo etiam Genesin. 2 ong facile posse
cibi euertatur quam confirmetur prius patet. prius quia euerti patet.
Unum quodq; genꝰ Unico tm modo confirmari pt. similiꝫ
illud cibꝫ speciei partibꝫ conuenire dicamꝰ euertitur aut
duobꝫ modis: videlicet ostendendo illud nullis speciei partibꝫ
conuenire. item ostendendo id ipsum alicui ipsarum speciei
propositæ non conuenire. Ad 2dm. Ea in confirmando genꝰ 2do.
demonstranda pt quod insit speciei proposite tm quod insit
tanquam genꝰ: in euertendo autem sufficit ostendere quod
alicui tantum non insit. Sterilis enim genꝰ alicui partis spe:
cieꝰ non conuenit, neq; quam dicendꝰ est mulꝰ genꝰ.
Quod deinde ad 3tium membrum ptinet. Ibi ex dicet quæstio: Accidens facile
nem accidentis Universalem facilꝫ esse euertere. difficilꝫ aute euertitur.
confirmare; particularem aute facilꝫ confirmare difficilꝫ
euertere. Quod Universale accidens facilꝫ euertatur qđ
confirmetur probat sic: tale ni accidens confirmando indeꝫ
pt. quod omni insit. euertendo aute satis est ostendere illud
non inesse alicui. Rursꝰ quod particulare accidens facilꝫ
confirmetur quam euertatur, ybat sic: qa accidens particu:
lare confirmando satis est ostendere alicui conuenire, destru:
endo autem debemꝰ ostendere quod nulli insit.
Tertium autem membꝫ ptium in quo continetur quæstio
definitionum cum quæstionibꝫ Generꝫ propꝫ et accidentis
membrum istud complectitur doctrinam eiusmodi, quæstiõ de:
finitionis facilꝫ simulꝫ euertitur, difficilꝫ autem confirmatur.
cum interim quæstiones alię generis, videlicet accidentis et
Propꝫ, ratione quæstionis definitionum facilꝫ confirmẽtur
difficilꝫ autem euertantur. Doctrinam hanc pro prima 1ma 2nde.
parte Artis ybat duabꝫ rationibꝫ. 1ma est: multo
ni plura reperiantur in confirmatione definitionis quam alię:
quodcunq; autem illoꝝ tradatur non conuenire definito
necesse est definiri. 2da altera. qa cui alicui quæstioni parati 2da.
accommodari ad euertendũ alterã quæstionẽ nr̃ non expedit

pro Ora nr̃a.

ipsa dispositione et Interrogationem certam, eorum quae
invenit, curae habeat. Phus autem sola Locorum argumentorum
contentus sit. Ro. Dialecticus ri totus pendet, ex appro-
batione alterius, qui cum scit disputat. Phus autem non
pendet: siquidem propositam habeat semper ipsam veritatem.

Observa. Nota, eum dixit Philosophum hoc loco, qui arte analy-
tica seu demonstrativa instructus, definitionem et demon-
stratione utitur, ad perfectam tractationem quaestionum
ut simplicium ita coniunctarum, Philosopho ex altera
parte opponitur Dialecticus, tanquam Popularis artifex
uti qui locis communibus et probabilibus instructus popular-
modo disputat de omni re proposita.

Ac locos quidem. Ponit deinceps se dicturum de ratione
dispositionis argumentorum seu propositionum, quod tamen
non prius facit quam praemiserit divisionem propositionum
dialecticarum: quae est capitis pars secunda.

Propos. Dialecticae quotuplices. Divisio. Ima. Necessariae aut. Dividit propositiones Dialecticas in eas
quae sunt necessariae, et quae non necessariae. Necessariae
sunt quae omnino conficiunt argumentationem. non necessariae
vero illae, quae praeter necessarias in argumentationibus acci-
piuntur. Quae vero praeter. Subdivit propositiones non
necessarias in 4 genera. nam aliae non necessariae accipi-
untur propter Inductionem, aliae propter ornatum, aliae propter
occultationem, aliae propter perspicuitatem.

Eius subdivisio. Modus interrogandi et praeceptum. Necessariae igitur. Pars cap. 3tia. In qua iam tra-
Modum disponendarum propositionum seu interrogandarum
et primo quidem Necessariarum. deinde vero non neces-
sariarum. De ratione interrogandarum propositionum Necessariarum
tale Praeceptum hoc loco ponit: Interrogandae sunt pri-
mum propositiones remotiores a proposito Tessi, idque
superiores seu communiores, vel inferiores seu minus communiores
ex quibus

Ex quibꝫ est Propōnes immediatè Jesum grabantes colligi
possent adeoꝫ ipsa Jesus. E.G. ad ꝓtolabrum hanc Jesum
Deus et mabi tanꝫ esse scientiam, ne interroges hanc Pro:
positionem. an Contrariorū sit eadem scientia cum hac imme:
diatè ipsum probat) Sc̄ ꝓpōnes. aut superiores. videlicet
an oppositorum sit eadem scientia: aut inferiores nimirum
Utrum Virtutem et Vitium sit eadem scientia Sani item
et Egri. etiam. Quid vero valet. Descendit deinde ad 3ppositi:
onem. Propositiones non necessarias, quibꝫ est catechu nos
Vti conflebit, quatenꝫ ꝓpositionibꝫ necessarijs probandis deserviat
ex q. autem. illis getheinbꝫ propositionꝫ non necessariarum, assu:
mit eas quꝫ in primo gradu rejecta sunt. nimirꝫ quod sint
propter inductionem: Cui ratione itaꝫ talis propositio: Inducendo /m.
nigs interrogandꝫ sunt adfert duo prærogativa 1m. est. Adm.
Ut a singularibꝫ ꝓcedamus ad Universalia. 2ltera
Deus. Ut a notis ad ignota. Nota autē et ignota hoc loco
accipe ea. quꝫ sensui talia sunt non autem quꝫ naturâ, ita
Vtiger nota intelligantur singularia seu sensibilia. per ignota aut Clante aut
Universalia. Negat prærogativa hæc coincidat cum primo
Sani item. et Egri. Ro. si ei patrem proponas propositiones necessarias certe hæc
Vix fieri potest. Et repetitionem eas evadat inter pueros eadē omnibꝫ
eadem Jesu proposita; sed interrogent ulteriores tandiu certe obmeab
Ut tibi ipse cedantur: quodquid sit non satis advertet Respondes
ne ex illis posse redargui. quibꝫ certe concessis obmeab Victoriam.
quodquidē et ijs probandis necessarias. Vti igitur totam veritatē simile
ex hematon ibꝫ concessis: ita et ꝓbandis necessarijs concludes an:
gelum contra Jesum. Simulꝫ cas. Doctrinam mē:
cadentem corrigit. Concedimus hic est casus. in quo tabes inter:
rogandi et ꝓpositiones necessarias tum esse quando ita clarè et per
spicuè tradunt, Ut negari a respondente citra erubescentiam
possint imo etiam tunc quando superiores et inferiores pro:
positiones interrogandi non ꝓmeruat, quamvis ꝓpositiones
necessariæ non sint admodū clarę.

Clante autē

Modus seruandus in propositionibus non necessariis. et praecepta interrogandi.

Celantem autem. Sumit alterum genus propositionum non necessariarum illud scilicet quod fit propter celandum. Modus interrogandi dari talium propositionum describitur 15. praeceptis quorum primum traditur hoc loco eiusmodi: interrogandae sunt primo propositiones prosyllogismorum, etiam remotissimorum a principali syllogismo. E.G. Si syllogismus principalis probandus veniat, prosyllogismus ille rursus prosyllogismus altero prosyllogismo. alter tertio, tertius item quarto tum propositiones 4ti prosyllogismi primum rogandae sunt tum tertii atque sic deinceps.

1m.

2dm. Praeterea. 2dm. Conclusiones prosyllogismorum debent taceri; sed tum demum aceruatim adferendae sunt cum propositiones omnes prosyllogismorum concessae sunt. Ratio ea si conclusiones non reticeantur sed potius exprimantur prodemus nostrum institutum, sicque difficiliorem nanciscemur respondentem ad concedendas propositiones.

3tium. Et Vtiliter. 3tium. Obseruanda est omnia interroganti, quae possint efficere, ut prolatis propositionibus et illata conclusione praebeatur occasio respondenti, quaerendi, quae causa est? hoc est quomodo conclusio illata et illis propositionibus inferatur? ea scilicet non appareat consecutio.

4tm. Vtile etiam. 4tum. Sed occultandum nostrum institutum multum valebit varia permutatio interrogationis propositionum prosyllogisticarum. E.G. Si quinque sint prosyllogismi probandi principalem aliquem syllogismum, tum interrogetur primum propositio maior quinti prosyllogismi. deinde minor tertii tandem minor 4ti. postea maior tertii, tum minor quinti. 2e:

5tm. Oportet etiam. 5tum. Loco propositionis debet interdum interrogari definitio coniugati termini eiusdem propositionis. Ratio. Cum si interrogetur ipsa propositio non facile eam respondens concessurus est, quandoquidem promptu habet instantiam qua interrogatam propositionem labefactare potest; contra; facilius concedet definitionem coniugati siquidem non facile illi instantia occurrit aduersus eam. E.G. Loco huius propositionis. Qui irascitur appetit vltionem interrogetur. Definitio irae, num scilicet sit appetitio

Vlciscen

Ulciscendi eum qui laesit. Etenim si propositio illa interrogetur, non poterit facile concedi propter Instantiam quandoquidem non omnes qui irascuntur Ultionem appetant: parentibus ni irascimur interdum, non tamen eos Ulcisci volumus, idem non potest accidere in definitione Coniugati.

Praeterea sic. 6tum. Curandum est interroganti ut tales propositiones interroget, quae non omnino videantur pertinere ad evertendam thesim, quam respondens defendit, sed potius ad aliud quidpiam a thesi diversum. Ratio. Respondens etenim facile concedit ea quae sibi minime obfutura videntur, contra declinabit ea, quae suam propositum evertere posse videntur. 6tm.

Et ut simpliciter 7m. Interrogans debet curare, ut interrogatae propositiones, id efficiant in animo respondentis ut nesciat num id quod est propositum, vel interrogatum, an vero ipsius contrarium, sumere vellit interrogans. Praecepti ratio haec est. Nam cum Respondens nescit, utro potius interrogans vellit uti proposito, ne seu interrogato an eius opposito, profecto facilius concedet id, quod sibi probabile videbitur. 7m.

Praeterea qui. 8m. Interdum interrogans non illam propositionem interroget quae directe possit infringere thesim, sed potius eius similem. ex qua certe concessa (concedetur autem facile quia nihil videtur facere contra thesim propositam) facile poterit extorqueri, concessio propositionis illius quae directe impugnat thesim, nam similium propositionum similis est ratio. E.g. si interroganda esset talis propositio, num scientia sit contrariorum, loco huius hanc potius interroga. illi similem. num sensus sit contrariorum; hac ni concessa illa necessario concedenda erit. 8m.

Hoc autem est simile Proxime traditam interrogandi rationem ostendit differre, ab Inductione. Nam Inductio a singularibus ad universalia progreditur; hic autem similia tantum conferuntur.

Oportet etiam

9num. Oportet etiam ipsum. 9num. Cuius sensus hic. Interrogans in interrogandis propositionibus debet ipse obiectiones statuere seu exceptiones. Ro. Qa cum videt respondens ipsum interrogantem contra suas propositiones obiicere, facile sibi persuadere potest interrogantem nihil mali meditari: sicque concedet omnes propositiones interrogatas, adductis omnibus exceptionibus. Utile etiam est. 10m. Saepe interrogans debet interrogare propositiones quae apud omnes fere usitatae sunt et tritae. Praecepti ratio applex. 1ma. Talibus ri propositionibus quomodo respondens repugnet non facile in promptu habet. Altera. Cum ri iisdem propositionibus potest uti ipse etiam respondens facile eas concedet aliàs nulli usui sibi futurae sunt. Praeterea utile est. 11m. Cuius sensus hic. Propositiones interrogandae sunt sine ardore animi. Itemque sine vehementia atque affectato studio. Ratio. tum enim difficiliores se praebent respondentes ad concedendum. Et quasi in collatione 12m. Quod conflatum est ex 6to et 8vo.

10m. et eius rones duae. 1ma. 2da. 11m. 12m.

13m. Praeterea non id. 13m. Cuius sensus hic. Interdum interrogandae sunt propositiones non ex quibus directe evertatur thesis sed quas necessario consequantur, propositiones quae directe repugnant thesim. E.g. Si interroganda esset propositio haec. Homo est animal. directe evertens aliquam thesim. tum eius loco interrogandae est. Non animal esse non hominem. Etenim hanc necessario consequitur illa.

14m. ac postremo loco. 14m. in textu clarum.

Praeterea. Sed adversus nonnullos. 15m. idque ultimum. Cuius sensus hic. Praeter illas propositiones quae ad evertendam thesim quoquo modo pertinere videntur interrogandae sunt etiam aliae multae quae amplificandae tm argutationi deserviant. Ro. Multitudini ea respondens oppressus non facile advertere poterit quorsum nam aliae propositiones interrogatae vergant, sicque minus proclivum se dabit in iis concedendis cum interim interrogantibus facilior obtentu victoria paretur.

15m.

Caput 11.

CAPVT II.

Tria hoc cap. sunt. 1mo afferuntur duo præcepta de propositionibus non necessariis. quorum unum seruit propositionibus quæ propter ornatum adhibentur, alterum iis quæ adducuntur propter perspicuitatem. 2do. ostenditur quidnam obseruandum sit interrogantis in faciendis argumentationibus hoc est syllogismis et inductionibus. Vbi absoluitur secunda particula primæ partis libri. 3tio. Docetur quænam quæstiones facilius impugnentur aut defendantur, quæ vel difficilius: vbi 3tia particula primæ partis libri absoluitur. Argum cap.

Ad ornatum autem 1ma cap. pars. hoc loco adducitur præceptum de propositionibus propter ornatum adducendis. Præcepti sensus hic est. Exornandæ sunt propositiones inductione, præterea diuisione rerum communiorum in primus communes. Inductionis vitam et rationem dicit se tradidisse lib. 2do priorum analyt. cap. 18. Hæc itaque ad eum modum est facienda, prout loco citato descriptum est. Diuisio autem quomodo sit facienda declarat exemplo diuisionis scientiæ, quam habes in textu claram. Præceptum pp.

Diuisio autem. Scientia accuratior illa est quæ exquisitas habet demonstrationes suarum conclusionum: quomodo Mathematicæ scientiæ dicuntur esse accuratiores cum præ aliis omnibus accuratissimas demonstrationes habeant. In rebus melioribus vel quia rerum. Tangit alterum genus præstantiorum scientiarum, illud scilicet, quod circa subiectum melius atque præstantius occupatur, quomodo Metaphysica ratione aliarum scientiarum præstantissima censetur, propterea, quia nobilissimum habet subiectum, nimirum ens quia ens, præterea ipsum Deum quo nihil præstantius. Accuratior. Diuisio scientiarum.

Perspicuitatis. Præceptum alterum quod seruit propositionibus adducendis propter perspicuitatem. Præcepti sensus hic est: Perspicuæ propositiones adhibendæ sunt illæ quæ fiunt per exempla propria et clara, remque propositam illustrantia: item quæ proponuntur per similitudinem 2dm

de exemplis.

De Exemplis in suo textu Artes, ~~ibi~~ praecipere videtur.
Cap. 11. in disserendo. Ut nimirum ex probatis authoribus petantur. qualis est Homerus
et huic similes. Jam vero in disser. Pars cap. 2da.
Argtm cap. In qua proponuntur praecepta, quae Interrogans in faciendis
syllogismis et Inductionibus servare debet. In Inductionibus
faciendis, docebit respicienda esse praecepta septem; in syl-
logismis autem quinque. Ante omnia autem admonet. Syl-
logismis uti nos oportere apud doctos tm; Inductionibus
vero, apud imperitos, utique singularibus ex quibus fit Indu-
ctio magis moveantur. In quibusdam autem. 1m praecepto
1m Inductionis praeceptum. de Inductionibus. Cuius sensus hic. Si aliquod Universale quod
volumus per Inductionem probare careat nomine proprio tum
ipsi debemus nomen novum invenire. Rd. Difficile ni-
est. Concludere innominatum Universale ex singularibus.
Propterea quia in talibus Universalibus utimur ea ubi rum
forma. eadem est caeterorum similium ratio, quae certe forma
id praestat. Ut difficultate intelligendi pariat quae nam
res caeterae similes sint et quae non sint. sicque pro-
batio fit inutilis. Etenim si Interrogans dixerit rem de
qua agitur esse talem. Respondens id ipsum negabit
Ut itaque id malum evitetur fingendum est aliquod no-
men novum, quo adducto unsae obscuritatis ansa pre-
cidetur. Cum autem Inductione. Praeceptum 2dm.
2dm. Si Interrogans ex pluribus singularibus collegerit Uni-
versalem tamen neget illationem Universalis tum inter-
rogans debet quaerere ex Respondente, num aliquod par-
ticulare possit dari quod evertat Conclusionem Uni-
versalem per Inductionem illatam.
3tm. At postulandum est ut. 3tium. Non debet Instantia
admitti ab Interrogante illa, quae eadem est cum ipsi proposita
E.G. Si Interrogans probet fortitudinis et ignaviae esse eandem
disciplinam per Inductionem; Respondens autem ideo probat
et neget

neget asserens instantiam quod nimirum fortitudinis et Igna-
uiae non sit eadem disciplina, tum Interrogans omnino
istud admittere non debet. Etenim Instantia est propositio
alteri contraria ut ostensum est lib. 2. Prioris Analysis cap. 21.
Quod autem excipit a praecepto Pri. illas Instantias quae
eaedem sunt cum Ipsi proposita, sed praeter has nullae
aliae reperiri possunt quae contra propositionem Unitatem Interro-
gantis adferri possint. Exemplum habes in textu ocarum.
Quod si in homonymo. 4tm. Si propositio Unitatis ex multis 4tm.
particularibus collecta habeat aliquod homonymum quod Respondentem
ad eam negandam impelleret, tum Interrogans debet adhibere di-
uisionem illius homonymi, simulque scationes eiusdem homonimi a
re alienas secludere. E.G. quoniam haec propositio est homonyma
quisque habet Colorem suum, quoniam duo diuersa significat primo
Color quo quisque tinctus est ipsius est. Vel Color quem quispiam
ab alio accepit ipsius est. Profecto adducendae sunt hae signi-
ficationes posteriorque reiicienda: nam Pictor habet Colorem
alienum. Uti quem ab alio accepit propter pingendas imagines
nisi ni istud feceris repugnabit Respondens dum dicet Pictorem
non habere suum Colorem ~~[illegible]~~ sed alienum. Uti quem ab alio pin-
gendi causa acceperit.
Non solum autem. 5tm. Quamuis in aliqua propositione Unitatis 5tm.
nulla appareat homonymia, nisi tamen attributum eius sub certis
limitationibus dicatur conuenire subiecto, Respondenti dabitur occa-
sio eam negandi, vel instantiam aduersus eandem adferendi.
Adhibendae sunt igitur omnino tales limitationes E.G. Rediteris
Omne animal est irrationale. Constabit ni Respondens, dum dicet
Pictorem non esse irrationalem, sed potius dic Omne animal Brutum
est irrationale. Si vero non concedat. Praeceptum 6tm.
Quamuis forsan Respondens nullam adferat instantiam ante Uni- 6tm.
uersalem Propositionem, sed tantum simpliciter neget, propterea quia existimat
facile se posse instare, si necesse fuerit, tum nihilominus Interrogans
debet limitare illam Uniuersalem Propositionem. Etenim Respon-
dens eam cogitur concedere tanquam Inductione probatam propterea
limitatam, limitatio ni obuiam it omnibus instantiis, dummodo recte assignetur.

Sunt autem

Sunt autem ostendit deinceps quae nam sint propositiones, in quibus est usus praecepti praesentis. Quod si cum Inter-

7m. Praeceptum 7m. Si Respondens nullam Instantiam attulerit adversus Inductionem, seu Syllationem Universalis propositionis ex multis particularibus, tum omnino Interrogans ab eo petere debet ut omnino Universalem propositionem concedat.

Dialectica ri. Explicat naturam Propositionis imo ipsius Inductionis Dialecticae. Utriusque ratio haec est Propositio Dialectica illa dicitur quae ut plurimum est vera. Inductio etiam Dialectica dicitur illa quando Universalis Propositio non ex omnibus particularibus sed ex multis duntaxat infertur.

Cum autem idem. Transit ad praecepta Syllogismorum. 1m est hoc tale. Dialecticè disputans debet potius uti Syllogismis Categoricis, hoc est directè aliquid probantibus et non ducentibus ad incommodum. Ratio. nisi ri incommodum sit manifestissimum (quod raro accidit) profecto respondens negabit id esse incommodum.

Praecepta Syllogismi. 1m.

2dm. Oportet autem. Praeceptum 2dm. Syllogismi tales sunt conficiendi, quorum propositiones ex maxima parte sint verae, praeterea contra quas aut nullae instantiae adferri possint, aut difficile.

3tium non oportet autem. Praeceptum 3tium. In conficiendis Syllogismis, non debent interrogari Conclusiones sed tantum praemissae. Ratio. quia videremur esse malae argumentati sic itaque debet simpliciter inferri Conclusio, tanquam necessario praemissis illata, quae negari amplius nequit concessis praemissis.

4tm. Neque vero omne. Praeceptum 4tm. Interrogandae in Syllogismis propositiones tantum Dialecticae non Dialectico prorsus omittendae. Vocantur autem Dialecticae Propositiones in quibus Interrogandis datur optio vel electio Respondenti affirmandi vel negandi, confer hanc doctrinam cum capite 2. lib. de interpretatione.

5tm Qui vero unam. Praeceptum 5tm. et ultimum cuius sensus hic. Unus idemque Syllogismus, semel tantum de re proponitur non iterum atque iterum repetit, id ri est nugatorium, est disputatoris insciens indicium. Ratio. Etenim Respondens aut

respondet aptè ad Syllogismum Interrogantis aut ineptè. Si respondet aptè tum frustra debet repeti syllogismus, cum adducta responsione sit fractus. Contra si ineptè est responsum, et tum frustra repeteretur Syllogismus, quantoquidem Respondens ignorat rationem eius dissolvendi, ob idem potius est increpandus, aut relinquendus tanquam inutilis disputator.

Cap. III.

Hasdem porro. Pars capitis et primae partis libri tertia in hac ponitur quae nam quaestiones sint faciliores vel difficiliores ad oppugnandum vel defendendum. Pars haec commode secari potest in quinque Conclusiones, quarum prima hoc loco ponitur eiusmodi: Suppositiones seu problemata (ita interpretatur Alexander) prima et ultima facile defenduntur, difficile autem oppugnantur. Ubi per Prima intellige Principia: per Ultima vero intellige quaestiones vel etiam conclusiones a primis principiis plurimum distantes.

Argum. cap. et Divisio.

1ma Conclusio.

1ma difficile oppugnari probat.

Probatur Conclusio pro utraque parte, atque pro prima quidem sic: cum si prima non possint probari per alia priora quae nulla sunt, debent ostendi per definitionem quam certe Respondens, et ipse ad ferre non vult et si Interrogante afferatur, eam non admittit: sicque disputatio seu oppugnatio difficilis futura est, quandoquidem sine definitione principiorum, nulla oppugnatio fieri possit. Pro vero parte probatur Conclusio sic. Etenim si Ultimas Conclusiones volumus probare non Sophistice sed demonstrative, cum omnino opus est assumere prima principia, ab ysque per omnes alias medias propositiones quae sane plurimae sunt descendere ad Ultimas illas Conclusiones. Sic propter primam prolixitatem propositionum difficilis est ratio oppugnandi, neque si statim possumus a primis ad Ultimas procedi, sed per multa media transeundum est.

Ultima itidem probat.

Nota ex hoc loco Demonstrationem non semper uno medio absolvi, cum interdum pluribus absolvatur, ita tamen ut illa media inter se ordinem habeant.

Observa.

Quod cum ita.

Quod cum accidit, tum ea demonstratio nihilominus
Una dicetur, Coniunctione seu Connexione Mediorum.
Quo pacto etiam lib. de Interpr. Homeri Odyssea dr
2da Conclusio esse Una. Ea quoque difficiles. Conclusio 2da.
Quaestiones seu Conclusiones proximae principijs diffi-
ciles sunt ad oppugnandum, faciles autem ad defendendum.
Ro. Tales in Conclusiones non possunt probari per mul-
ta media: siquidem vicinae sunt principijs: iam quanto
pluribus Medijs instructi sumus in disputando, tanto certiore
victoria nobis polliceri debemus. Omnium autem.
3tia. Conclusio tertia. Duo definitionum genera difficilia sunt
ad oppugnandum. Unum quando dubitatur an definitio habeat homoni-
miam: alterum quando dubitatur num definitio facta sit per ver-
ba propria, an autem per metaphorica. Ratio Conclusionis
haec est. Etenim tales definitiones obscurae sunt, quae obscuritas
hoc facit, ut dubius sit interrogans, quonam suas interrogationes
4ta. multiplex. dirigere debeat. Omnino autem. Conclusio 4ta. Contines
quinque genera quaestionum. Haec ita concipi debet. Difficille oppu-
gnantur quaestiones illae. 1m quae definitionem requirunt. deinde
illae quae habent homonymiam, tum quae metaphoram, tandem quae
non longe absunt a primis principijs. ad extremum illae in quibus
nescimus causam difficultatis. hoc est num aliquae definitiones defini-
tione opus habeant, nunquid homonimiam aut metaphoram, aliud
udque simile contineant, ignoramus. Rationes singulae partium
huius Conclusionis, ab Arte afferuntur nullae praesenti loco, sed
petendae sunt, ex antecedentibus Conclusionibus.
5ta. In multis etiam. Conclusio 5ta. Multae quaestiones difficiles sunt
ad oppugnandum, nisi adferatur perfecta earum definitio, sic
difficile potest probare, Unum Uni tantum esse Contrarium, si Con-
traria definias esse illa, quae se mutuo destruunt. Etenim cum
aliquam rem Unam E. G. Albedinem, multa destruant, nimirum
nigredo, rubor, viriditas. perfecto non plusti Unum Uni tantum esse
Contrarium; sin autem dicas Contraria esse illa, quae sub eodem
gen

genere posita maximè a se distant, certè probabis Plesim dicentem unum Uni tm esse Contrarium. E. G. Albo nigrum, tm esse Contrarium, quia album et nigrum in eodem Coloris genere plurimum a se distant, cum sint extremi Colores, iam maior est distantia Unius extremi ad alterum extremum, quam alicuius medij ad extremum.

Cum autē de Axiom. sub finem cap. disputat quandā quæstionem de propositionibus in Utramq partem. Quæstio est talis. Quædam Quæstio discutitur.
si occurrit talis propositio, quæ multum quidē faciat ad oppugnandam quæstionem, Verum ipsa propositio longe difficilior sit ad probandum, quam ipsa quæstio ad oppugnandum, tum talis propositio sit ponenda vel concedenda a Respondente, an autē neganda, ita ut interroganti omnino eius Propositionis probatio incumbat. Hæc quæstio probatur primo in affirmantem partem, quod scilicet tales propositiones debent postulari ab Interrogante ut concedantur: ipseq Respondens debeat eas concedere. Si ri non concederentur. tum certè gravius longe onus imponitur Interroganti, quam par est, et quam ipsa quæstio postulat. affirmatur.

In partem deinceps negantem, quod scilicet non debeat concedi sed probari, sic ostenditur. Si ri conciderentur. tum argumentatio conficeretur ex ignotioribus manente ipsa propositione difficiliore longe, quam est Conclusio. seu quæstio. Tandem universam hanc dubitationem soluit. distinctione finis, quem disputatores in suis disputationibus respiciunt. Namq si disputatio fit discendi causa, tum omnino tales propositiones non debent concedi; si non exercitij causa, nihil absurdi est si concedantur dum modo sint probabiles.

CAPUT III.

Pars libri Ida in qua iam Artes confert se ad instruendū Rndentem. cap. 1.
Tractatus hic rursus ut diuidi in particulas tres in prima adferuntur præcepta a Respondente in concedendis vel negandis propositionibus seruanda. Argum cap.
In Ida vero docentur modi reprehendendæ seu soluendæ argumentationis ab Interrogante perfectæ. In 3tia describuntur rationes agnoscendæ argumentationis perfectæ et falsæ.

et falsæ. præterea rationes. Petitionis quæsiti, et Petitionis Contrariorum præsenti capite habentur prima particula cuiq unum etiam membrum reiectum est ad initium capitis sequentis.

De Responsione Propositio dicendorum. Est autem interrog.

Præceptum commune. Proponitur præceptum generale seruandum et ab interrogante et a Respondente. Præcepti sensus hic est: Interrogans in suis argumentationibus hoc conari debet, ut Respondentem ad absurdum deducat. Respondens vero contra, nimirum debet attendere, ne ad aliquam absurditatem deueniat.

cap. V. Quia vero sunt. Antequam se conferat ad tradenda præcepta a Respondente seruanda duo præmittit. 1mo affert triplex genus disputatorum, triplicemq eorundem finem. 2do Præmunitiones tres, ex quibus præceptorum deinceps sequentium veritas ellicitur. Quod attinet ad primum id ita concipe. Vel n. disputatio suscipitur causa docendi et dicendi (ut fit inter Præceptorem et discipulum) vel certandi studio, obtinendæq victoriæ causa: (ut fit inter duos æquales ingenio et eruditione præditos) vel denique mutui exercitij causa (ut fit inter condiscipulos).

Disputatorum tria genera.

1mi gnis præceptum. Si primum genus disputationis aliquando occurrerit tum omnino debent concedi eæ propositiones, quæ videntur esse veræ, et negari, quæ falsæ. Ratio. In omni n. disciplina id vel maximè spectandum est ut verum discernatur a falso. si contingat fieri disputationem 2di generis tum Interrogans debet omnia illa adhibere, ut videatur aliquid colligere contra Respondentem, quemadm. contra Respondens debet prouidere ne aliquid videatur pati, hoc est ne aliquid contra eum colligatur. De tertio genere disputationis, nihil aliud affert Artes, nisi quod de eo nihil traditum sit a prioribus Philosophis, adycitq seipsum. hoc disputationis genus non neglecturum.

2di

3tij.

1ma Præmunitio et Quæstionum diuisio et. Necesse igr est. Sequuntur Præmonitiones tres. Prima ponitur hoc loco eiusmodi: Omnis quæstio vel est probabilis, vel improbabilis vel neutra. Probabilis rursum et improbabilis vel simplr est talis, vel alicui tantum.

Ad extra

Subdivisio

Ex extremum probabilis vel improbabilis alicui duplex est. Vel n. est probabilis aut improbabilis. Respondeo. Vel alicui cuipiam cuig sententiam defendendam. Respondeo suscepit. Exemplum probabilis propositionis simpliciter hoc est. Sanitas est exoptanda. improbabilis vero hoc. Sanitas non est exoptanda. Dicendum hoc. Dua sunt genera rerum naturalium. Quarum propositionis probabilis aut improbabilis alicui. hoc est. Aduersario. id in probabile est Democrito, improbabile Aristoteli.

Dubium autem interest. Ad monitio 2da. in qua ostenditur 2da.
nim, refert quomodo quidq probabilis vel improbabilis sit, idq; vel simpliciter vel alicui. quantum pertinet ad modum Respondendi. tum semp idem Respondendi modus sit seruandus in omnibus propositionibus.

Si ergo improbabilis. Ad monitio 3tia. In qua ostenditur 3tia.
quales nam debeant esse Conclusiones interrogantium, qui bene quarum aduersus Theses Respondentium debent minimum esse Conclusiones contrarie Thesi vbi. S. g. si Thesis fuerit probabilis Conclusio debet esse improbabilis et contra. Sin autem Thesis fuerit Neutra, etiam Conclusio interrogantis erit neutra qualitate tantum distans. hoc est si Thesis fuerit affirmans, Conclusio debet esse negans et contra.

Quoniam autem in. Tandem attenditur mo- in
dum recepta et primo ea qui accommodantur quibusdam ordinem instructione comprehensi. hoc est. simpliciter improbabilibus, probabilibus et Neutris, sicut loco nobitur proscriptum a Rhetore seruandi. Praeceptum Respondentis. tum cum defendit quibusdam simpliciter improbabilem quam est vel omnes vel plurimi improbant. Praeceptum ita con- seruandi. in quibusdam ipe. quandoq; omni cuiusdo impugnanda est per notiora improbabilibus et probabiliora quibusdo a Respondente proposita pro improbabilis simpliciter. tum idem Respondens non debet con- cedere propositiones ad Interrogante adducetur quibus sim- ter probabiles non sint. Praterea nequidem illas concedere debet quibus evidenter quidem quodammodo esse probabiles mino- rem. est probabilis quod est ipsi Conclusio quibusdam Propositionem. Verumtamen praecepti ratio talis affertur

Finem ni est.

Dictum ni est quaestionem esse improbabilem, itaque conclusio debet esse probabilis. Ut dictum est in praemonitione 9tia. adeoque ipsae propositiones debent esse probabiliores ipsa conclusione. Sin autem propositiones sint improbabiles conclusio autem probabilis: vel si propositiones sint minus probabiles. Conclusio autem magis probabilis, profecto non potest hoc modo inferri conclusio: sicque merito possunt non concedi a Respondente. Sin autem simpliciter.

2dm in probabilibus. Praeceptum 2dm. Serviens quaestionibus probabilibus simpliciter sensus praecepti hic est. In evertendis quaestionibus simpliciter probabilibus, qui ab interrogante debent inferri conclusiones improbabiles, tum Respondens, non debet negare primum propositiones probabiles: Cum tales possent inferre conclusionem improbabilem, deinde etiam, non debet negare propositiones improbabiles, sed tales quae minus sunt improbabiles ipsa conclusione: sic ni tales propositiones ratione conclusionis magis improbabilis quodammodo probabiles sunt alias Rndens. Videretur tollere disputationem. Interrogans autem videretur officio suo satis facere. Supponat propositiones aut probabiles aut certe minus improbabiles, quam est ipsa conclusio. Similiter etiam fit

3tium in Neutris. Praeceptum 3tium deserviens propositionibus Neutris. Id ita concipe: In oppugnandis quaestionibus neutris si interrogans utitur propositionibus probabilibus, vel etiam improbabilibus quidem sed minus quam est ipsa conclusio, proses respondens, eas tenetur concedere. Praecepti ratio eadem est quae proxime praecedentis fuit.

Ergo si simpliciter concludit praecepta accomodata propositionibus quaestionibus improbabilibus, probabilibus itemque neutris.

Sin autem non simpliciter transit ad quaestiones probabiles vel improbabiles ipsi respondenti. In his Artes idipsum adeo esse admonet quod in prioribus agendum docuit. Sumenda tamen sunt eiusmodi quae probabilia vel improbabilia sunt ipsi Rndenti

adferre

Quod si alterius. Adfert praeceptum seruandi si quaestio alteri cuipiam, non autem ipsi Rndenti probabilis vel improbabilis sit, ita tamen ut eam quaestionem Rndens defendendam sumat. Praeceptum est tale: qui defendit quaestionem alteri probabilem vel improbabilem servet supradicta praecepta. ita tamen ut respicilat ad ea quae sunt probabilia, aut improbabilia ei cuius sententiam defendit. exemplum habes in textu. — Praeceptum alienae sententiae defendenti

Cum autem necesse. Sequitur praeceptum deseruiens propositionibus probabilibus improbabilibus et neutris, itemque iis, quae ad rem pertinent et quae non pertinent. hoc est quae faciunt contra quaestionem et quae non faciunt. id praeceptum potest commode diuidi in 6. particulas. prima est huiusmodi: si propositio interrogetur probabilis quidem sed ad rem nihil pertinens simpliciter debet concedi: quandoquidem ex eius concessione nulla sequitur euersio quaestionis. Altera si propositio interrogetur improbabilis et ad rem non pertinens tum concedenda est quidem sed ita ut dicamus eam esse falsam propterea ne forsan ignari videamur. Tertia si propositio interrogetur probabilis et ad rem pertinens tum debet quidem concedi sed nihilominus dicendum est eam nostrae quaestioni ita esse vicinam ut ea concessa ipsius quaestionis euersio sequatur, ob idque disputandi causa, videri a nobis neganda. Quarta: si propositio interrogetur improbabilis et ad rem pertinens, tunc debet concedi ipsa consequentia, antecedens autem negandum. Quinta si interrogetur propositio neutra ad rem non pertinens tum simpliciter est concedenda nulla peritus distinctione adhibita vel etiam cautione. Sexta si propositio interrogetur neutra ad rem pertinens tum neganda est tanquam falsa. — Cap. VI. Praeceptum 6 partitum. 1mo. 2do. 3tio. 4to. 5to. 6to.

Simili etiam. Aliud proponitur praeceptum Rndenti deseruiens propositionibus obscuris et perspicuis: item multiplicibus et simplicibus, id tamen praeceptum potest commode diuidi in particulas quinque. prima est hoc loco talis: si interrogans proponat propositionem obscuram tum Rndens debet ingenue fateri se eam non intelligere. simulque petet ut clarius proponatur aliat in multa. — Cap. VII. 2dum Praeceptum 5 partitum. 1ma

2da. aliâs in multa absurda incidet. Si vero notum sit id quod

Et quod multis modis Particula 2da clara in textu. Si vero ex parte sit falsa

3tia Particula 3tia. Si propositio fuerit aperta sed multiplex sive homonyma, ita ut in scitu sui scationibus sit manifeste vera. E.G. omnis canis est substantia, tum est concedenda; sin autem in omnibus scationibus fuerit falsa. E.G. omnis canis est qualitas. tum simpliciter negari debet. Quod si propositiones perspicuae multiplices ex aliqua tm parte fuerint vera et falsae. E.G. omnis canis latrat tum distinctione respondens uti debet. ostendendo in qua nam significatione propositio sit vera et in qua falsa. simulque veram concedendam falsam neget. Sin autem non. 4ta. Si propositio sit

4ta. multiplex. sed non manifeste ob idque respondens eam concedat ex qua tandem concessa interrogans aliquid contra eum inferat tum respondens debet dicere, quod illam propositionem multiplicem incerta duntaxat scatione concesserit simulque eam indicare debet. Sin rogatum et dilucidum. 5ta. Si propositio interrogetur

5ta. aperta et simplex tum simpliciter aut concedi aut negari debet concedetur autem si fuerit manifeste vera. negabitur vero si manifeste falsa. Quoniam autem omnis. Praecepta circa

